

ACTA
CONGRESSUS MARIOLOGICI-MARIANI
ROMAE MCML
VOL. I

ACADEMIA MARIANA INTERNATIONALIS

ALMA SOCIA CHRISTI

**ACTA CONGRESSUS MARIOLOGICI-MARIANI
ROMAE ANNO SANCTO MCML CELEBRATI**

Vol. I

CONGRESSUS ORDO AC SUMMARIUM

ROMAE

ACADEMIA MARIANA || OFFICIUM LIBRI CATHOLICI
Via Merulana, 124 Piazza Ponte S. Angelo, 28

1951



I. - Summus Pontifex Pius Papa XII

PRAEFATIO

Alma Socia Christi inscribuntur itaque *Acta congressus mariologici-mariami diebus 23-31 octobris Anni Sancti iubilaris MCML in Urbe celebri*; tantoque nomine ac titulo honestantur ut unitatem illam prae se ferant ad quam singula et varia argumenta pertractata reducenda sunt. Et iure quidem merito: etenim omnia quae sive in plenariis sessionibus sive in triginta duabus particularibus sectionibus sive in variis acroasibus dicta vel quomodocumque in congressu acta sunt, id procul dubio quam evidentissime monstrant, scilicet beatissimam Virginem Mariam cum Christo intime indissolubiliterque associatam esse.

Si strictius ad scientificam rationem spectandum esset, haec certe ex postularet ut omnes singulaeque acroases disponerentur iuxta argumentorum indolem et hoc ordine typis mandarentur; ad rem tamen quodammodo praevaluere vota quae in singulis sectionibus manifestata sunt quaeque, quantum fieri potuit, explere conati sumus. Quapropter dum in hoc primo volumine notitiae de congressus praeparatione et de felici celebrazione fusius exhibentur ac personarum rerumque praecipuarum ad congressum relationem habentium imagines luce expressae abundantius multiplicantur, volumen secundum et tertium acroases de cooperatione B. Virginis in acquisitione et distributione gratiarum, pariterque de regalitate Deiparentis complectentur; in quarto deinde volumine acta sectionis hispanicae circa problemata mariologica hisce ultimis decenniis vehementius agitata ponentur; in reliquis autem voluminibus locum habebunt acroases a variis sectionibus in medium prolatae, imprimisque de B. Virgine sive in prioribus Ecclesiae saeculis in genere sive in Oriente in specie, deinde de peculiaribus devotionibus erga Matrem Dei (Nostram Dominam Sacratissimi Sacramenti, Auxilium Christianorum, Immaculatum Cor Mariae), de devotione mariana montfortana; ulterius de cultu erga B. Virginem sive in variis nationibus et civitatibus (Romae, in Gallia, Polonia, Croatia, Hungaria, Slovenia), sive apud varios Or-

dines religiosos (Praedicatorum, S. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum, Clericorum Regularium a Matre Dei, SS. Redemptoris, etc.); praeterea de cultu mariano assumptionistico; ad calcem denique istorum collectaneorum, quae duodecim circiter volumina (quorum quae-dam in diversos disperguntur fasciculos) continebit, acta sectionis univer-sitatis internationalis "Pro Deo" et acta congressus mariani in lucem prodibunt. Quibus accedit peculiaris fasciculus, qui appositos copiosos-que indices rerum atque nominum complectetur.

Congressus mariologico-marianus internationalis absque dubio inter sollemiores manifestationes anni iubilaris MCML inseritur, non tantum ob dogmaticam definitionem assumptionis B. V. Mariae in caelum, qua fuit velut obsignatus, sed etiam ob indefessam operam quam pro eius feliciore exitu laeto concordique animo contulerunt fideles ex omni lin-gua et natione, praesertim vero Ecclesiae catholicae principes legatique variarum gentium necnon rei sacrae doctores atque Actionis Catholicae moderatores: quibus omnibus iterum atque iterum gratissimi nostri animi sensus pandimus.

Haec porro Acta Academia Mariana Internationalis, adnitentibus RR. PP. Paulo Melada et Innocentio Dám, eo fine imprimenda suscipit, ut tanti eventus periucunda memoria ac perenne documentum apud omnes asservetur, utque exinde novum vigorem atque incitamentum omnes desumant ad profundius investigandas ac devotius recolendas inexhaustas divitias, quas munificentissimus Deus liberaliter reposuit in generosa Socia Christi Redemptoris.

Romae, die 25 martii 1951.

P. CAROLUS BALIĆ, O.F.M.
Academiae Marianae Internationalis praeses

INDEX GENERALIS

	PAG.
Praefatio	V
Index generalis	VII

PARS PRIOR

DE CONGRESSUS APPARATIONE

I. - DE CONGRESSUS APPARATIONE REMOTIORE	5
II. - DE PRIMIS LINEAMENTIS CONGRESSUS	14
III. - DE CONGRESSUS APPARATIONE POST DIEM 15 AUGUSTI	31
IV. - CERTA AC STABILIS FORMA SEU "PROGRAMMA" I CONGRESSUS MARIOL GICI INTERNATIONALIS	65
 A. - Sessiones plenariae	65
B. - Sessiones sectionum particularium	69
1) Sectiones particulares a societatibus mariologicis constitutae	69
1. - Sectio belgo-hollandica	69
2. - Sectio canadensis	70
3. - Sectio gallica	70
4. - Sectio hispanica	71
5. - Sectio italicica	72
6. - Sectio lusitana	73
7. - Sectio Statuum Foederatorum Americae septentrionalis . .	73
8. - Sectio Commissionis Marialis Franciscanae Internationalis .	74
2) Sectiones particulares ab universitatibus et institutis con stitutae	75
1. - Sectio universitatis internationalis "Pro Deo"	75
2. - Sectio Americae meridionalis	75
3. - Sectio Pontificii Instituti Orientalis	76
3) Sectiones particulares ab Ordinibus et Congregationibus religiosis constitutae	77
1. - Sectio Ordinis Fratrum Praedicatorum	77
2. - Sectio Franciscana	78
3. - Sectio Ordinis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum . .	78
4. - Sectio Ordinis S. Mariae de Mercede Redemptoris Captivorum	79

5. - Sectio Ordinis Servorum Mariae	80
6. - Sectio Ordinis Clericorum Regularium a Matre Dei	81
7. - Sectio Congregationis SS. Redemptoris	81
8. - Sectiones Presbyterorum Missionariorum Societatis Mariae (Montfortani)	82
a) Sectio anglica	82
b) Sectio belgo-hollandica	83
c) Sectio gallica	83
d) Sectio italica	84
e) Sectio lusitana	84
9. - Sectio Congregationis Presbyterorum a SS. Sacramento	85
10. - Sectio Congregationis Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. M. Virginis (Claretiani)	85
11. - Sectio Societatis S. Francisci Salesii (Salesiani)	86
4) Sectiones particulares a nationibus constitutae	87
1. - Sectio croata	87
2. - Sectio germanica	88
3. - Sectio hibernica	88
4. - Sectio hungarica	89
5. - Sectio polona	90
6. - Sectio slovena	90
V. - STABILIS FORMA SEU "PROGRAMMA" VIII CONGRESSUS MARIANI INTERNATIONALIS	92

PARS ALTERA

DE CONGRESSUS CELEBRATIONE

I. - I CONGRESSUS MARIOLOGICUS INTERNATIONALIS	99
A. - Sessiones plenariae	99
1) Dies prima, 23 octobris: Sollemnis inauguracionis congressus	99
1. - Sermo auspicalis E.mi Dom. Ioseph card. Pizzardo	101
2. - Sermo R.P. Caroli Balić	106
3. - Allocutio Ill.mi Dom. Philippi Saraceni	112
4. - Allocutio Poloniae legati	113
5. - Allocutio nationis chilenae legati	115
6. - Allocutio Italiae legati	117
7. - Allocutio Galliae legati	118
8. - Allocutio Hispaniae legati	118
9. - Allocutio Peruviae legati	120
10. - Allocutio Reipublicae Cubanae legati	121

	PAG.
11. - Allocutio Reipublicae Argentine legati	122
12. - Allocutio Columbiae legati	123
13. - Assensiones legatorum Hollandiae, Hiberniae, Angliae et Belgii Prolusio R. Dom. Philips	124 125
2) Dies secunda, 24 octobris	126
3) Dies tertia, 25 octobris	130
4) Dies quarta, 26 octobris	133
5) Dies quinta, 27 octobris	137
B. - Sessiones sectionum particularium	143
1) Sectiones particulares a societatibus mariologicis constitutae	146
1. - Sectio belgo-hollandica	146
2. - Sectio canadensis	154
3. - Sectio gallica	156
4. - Sectio hispanica	159
5. - Sectio italicica	164
6. - Sectio lusitana	172
7. - Sectio Statuum Foederatorum Americae septentrionalis . .	173
8. - Sectio Commissionis Marialis Franciscanae Internationalis .	176
2) Sectiones particulares ab universitatibus et institutis con- stitutae	177
1. - Sectio universitatis internationalis " Pro Deo "	177
2. - Sectio Americae meridionalis	181
3. - Sectio Pont. Instituti Orientalis	182
3) Sectiones particulares ab Ordinibus et Congregationibus religiosis constitutae	184
1. - Sectio Ordinis Fratrum Praedicatorum	184
2. - Sectio Franciscana	186
3. - Sectio Ordinis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum . .	189
4. - Sectio Ordinis B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum	192
5. - Sectio Ordinis Servorum Mariae	195
6. - Sectio Ordinis Clericorum Regularium a Matre Dei . . .	197
7. - Sectio Congregationis SS. Redemptoris	201
8. - Sectiones Presbyterorum Missionariorum Societatis Mariae (Montfortani)	203
9. - Sectio Congregationis Presbyterorum a SS. Sacramento . .	208
10. - Sectio Congregationis Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. M. Virginis (Claretiani)	211
11. - Sectio Societatis S. Francisci Salesii (Salesiani)	214
4) Sectiones particulares a nationibus constitutae	216
1. - Sectio croata	216
2. - Sectio germanica	218
3. - Sectio hibernica	221
4. - Sectio hungarica	223

	PAG.
5. - Sectio polona	225
6. - Sectio slovena	227
Relatio de nova societate mariali	228
C. - Dies sexta, 28 octobris: Sollemnis I congressus mariologici internationalis conclusio	231
1. - Sermo R.P. Caroli Balić	233
2. - Sermo conclusivus E.mi Dom. Iacobi Caroli card. McGuigan	240
D. - Disputationes in congressu habitae	243
1. - De sollemni disputatione mane diei 30 habitæ	243
2. - De aliis disputationum sessionibus	255
II. - VIII CONGRESSUS MARIANUS INTERNATIONALIS	261
A. - De sollemni inauguratione congressus, die 29 octobris	261
1. - Allocutio auspicalis Ex.mi Dom. Valerii Valeri	262
2. - Allocutio E.mi Dom. Joseph card. Frings	263
3. - Allocutio E.mi Dom. Theodosii Clementis card. De Gouveia	264
4. - Allocutio Ex.mi Dom. Joseph VII Ghaniama	265
5. - Allocutio E.mi Dom. Caroli Saboia Bandeira de Mello . .	267
6. - Allocutio Ex.mi Dom. Alexandri Vachon	268
7. - Allocutio Ex.mi Dom. Rodulphi Harscouët	268
8. - Allocutio Ex.mi Dom. Leonis Bonaventurae Uriarte . . .	270
9. - Allocutio Ex.mi Dom. Michaëlis Gonzi	271
10. - Allocutio Ex.mi Dom. Theodosii Moreno	272
11. - Allocutio Ex.mi Dom. Antonii Ignatii Camargo	274
12. - Allocutio R.P. Joseph Hupperts	275
13. - Allocutio R.P. Gulielmi O' Connell	276
14. - Allocutio R. Dom. Miro Vulic	277
15. - Allocutio R.P. Romani Tominec	278
16. - Allocutio Ill.mae Dom. Feliciae Paraschivescu	278
B. - De congressus mariani studii sessionibus	280
1. - Dies prima, 30 octobris	280
2. - Dies secunda, 31 octobris	284
C. - Varia sollemnia	290
1. - De conventu utriusque sexus fidelium ad Christi Corpus participandum	291
2. - Conventus institutorum religiosorum necnon cleri dioecesani et regularis	290
3. - Significatio devotionis marialis ad Colosseum et ad S. Mariam Maiores	292
III. - CONCLUSIONES ET VOTA CONGRESSUS MARIOLOGICI-MARIANI	298
A. - Vota congressus mariologici	298
B. - Vota congressus mariani	299

C. - Vota sive a sectionibus particularibus sive a privatis proposita	299
IV. - DE EXPOSITIONE PETITIONUM PRO VERITATE ASSUMPTIONIS B. V. MARIAE DOGMATICE DEFINIENDA AD SANCTAM SEDEM DELATARUM	303
V. - DE PROCESSIONE SOLLEMNI MARIANA	309
VI. - ULTIMA CONGRESSUS SESSION	317
VII. - AUDIENTIA APUD SUMMUM PONTIFICEM	318


APPENDIX

**DE SOLLEMNISSIMA VERITATIS ASSUMPTIONIS
DEFINITIONE**


I. - NOTITIA DE SOLLEMNITATIBUS DIEI I NOVEMBRI	323
II. - ELENCHUS PRAESULUM RITUI DEFINITIONIS PRAESENTIUM	332
III. - CONSTITUTIO APOSTOLICA "MUNIFICENTISSIMUS DEUS"	339

INDICES


I. - Index onomasticus	357
II. - Index imaginum luce expressarum	377



2. - E.mus Dom. Ioseph card. Pizzardo, S. Congregationis de Seminariis
et Studiorum Universitatibus praefectus, praeses congressus



3. - R.mus P. Pacificus M. Per
rantonii, O.F.M., minister gene
ralis et Academiae Marianae
conditor



4. - R.P. Carolus Balić, O.F.M.,
rector magnificus Pont. Athene
nai Antoniani et praeses Aca
demiae Marianae Internationalis

PARS PRIOR
DE CONGRESSUS APPARATIONE

Academia Mariana et Commissio Marialis Franciscana Internationalis, sedem in Urbe habentes, communi quidem consensu inde a suis exordiis nihil intentatum reliquerunt, ut Anno Sancto 1950 nota quaedam mariana, potissimum vero celebratione congressus mariani internationalis et proclamatione dogmatis assumptionis imprimeretur. Nunc autem, voto ad effectum deducto, idque divina providentia ita disponente, ut proclamatio dogmatis assumptionis ad calcem ipsius congressus mariani locum habuerit, iuvat quaedam facta in memoriam revocare quibus conamina Academiae Marianae et Commissionis Marialis Franciscanae Internationalis eundem ad felicem exitum ducendum illustrarentur.

Antequam igitur sermonem faciamus de stabili congressus forma quaedam de congressus apparatione remotiore praemittere iuvabit.

I.

DE CONGRESSUS APPARATIONE REMOTIORE

Congressus marianus Romae Anno Sancto habitus ultro consequitur septem alios congressus marianos nationales a Fratribus Minoribus hisce ultimis annis paratos, quorum primus habitus est Cracoviae, 25-29 augusti 1937 (1), secundus Romae, 29 aprilis - 3 maii 1947, tertius Ulyssipone, 9-13 octobris 1947, quartus Matriti, 21-26 octobris 1947, quintus Mariapoli (Montréal), 12-15 augusti 1948, sextus Bonoëre, 28 septembbris - 4 octobris 1948, septimus Anici (Le Puy-en-Velay), 10-15 augusti 1949.

Porro, in omnibus et singulis hisce congressibus votum exhibitum fuit ut quamprimum veritas assumptionis B. V. Mariae dogma fidei divinae et catholicae proclamaretur; immo sex ultimi congressus, quorum acta prodierunt in sex voluminibus collectaneorum quae *Studia Mariana* inscribuntur, unice et undequaque quaestionem de assumptione B. Virginis ad trutinam revocarunt (2). Ulterius, in variis ex hisce congressibus votum expressum est ut nota quaedam mariana Anno Sancto 1950 (sive proclamatione dogmatis assumptionis sive alio quodam modo) imprimetur. Ita simile votum exhibitum palamque approbatum fuit in congressu matritensi et deinde in congressu bonaërensi, quod ultimum ipse met Ex.mus Dom. Praeses Reipublicae Argentinensis suum fecit et die 8 decembbris 1948 nomine totius suae nationis Summo Pontifici transmisit (3).

(1) Cf. *Acta secundi congressus, Cracoviae, 25-29 augusti 1937* (in *Collectanea franciscana slavica II*), Sibenici 1940.

(2) Cf. BALIĆ C., *Il contributo dei Frati Minori al movimento mariologico moderno*. [Estratto dal *Marianum* 11 (1949) fasc. 4], 11-18; IDEM, *Testimonia de assumptione B. V. Mariae ex omnibus saeculis* (in *Bibliotheca assumptionis B. V. Mariae II*), Romae 1950, 458-464.

(3) Insuper occasione eiusdem congressus bonaërensis R.mus P. Pacificus M. Perantoni, Ordinis Fratrum Minorum generalis minister, dispositus ut in toto suo Ordine sequens oratio quotidie recitaretur: "Gloriosissima Virgo Maria! Te corpore et anima assumptam in caelum cum dilecto Filio tuo regnante confitemur. Quo vero gloria Tibi debita plenior sit non tantum in caelis, sed etiam in terra, a Domino impetra ut ab Ecclesia, lumine claritatis illustrata atque efficiete divino spiritu afflata, infallibili auctoritate Romani Pontificis Tua corporea in caelo assumptio gloria dogma fide tenendum definiatur". - Oratio composita est anno 1865 a Joseph Chica, T.O.F. sodali, et inter Aequatoris fideles vulgata. - Cf. ECHEVERRIA B., *La Asunción de la Santísima Virgen María en la historia, en el arte y en la literatura del pueblo ecuatoriano, en los siglos XVII, XVIII y XIX*, in *Actas del congreso asuncionista franciscano de América latina, Buenos Aires, 28 sept. - 4 oct. 1948* (in *Studia Mariana V*), Buenos Aires 1949, 108.

Neque tantummodo in congressibus, verum etiam aliis in manifestationibus et aliis adhibitis viis ac rationibus filii Seraphici Patriarchae omnem lapidem moverunt et ut Anno Sancto nota peculiaris mariana imprimetur et ut eodem anno veritas assumptionis dogma fidei proclamaretur et congressus in Urbe marianus haberetur.

Ita die 2 februarii 1949, in centenaria commemoratione litterarum encyclicarum *Ubi primum* Pii IX in Pont. Athenaeo Antoniano habita, votum publice fuit exhibitum et deinde Summo Pontifici Pio XII in scriptis transmissum, quo supplices dabantur preces

"ut Annum Sanctum mox ineuntem quadam mariana nota decorare dignetur; sive quod hoc anno veritas Assumptionis B. M. V. sollemniter ut dogma fidei definiatur, sive quod stabiliatur ad commemorandum tum undevigesimum saeculum a B. Virgine e terris in caelum corpore et anima sublata tum initium novi motus catholici anno 1849-1850 incepit, sive quod introducatur festum regalitatis B.M.V., sive demum quod omnes hi honores ab Ecclesia militanti Dispensatrici omnium gratiarum una tribuantur".

Item in eodem sensu peculiaris libellus memorialis Ex.mo Dom. Valerio Valeri, Comitatus Centralis pro Anno Sancto praesidi, die 31 ianuarii 1949 exhibitus hisce verbis fuit:

"Ora, poichè suppongo che la Segreteria di Stato di Sua Santità abbia già passato o passerà il documento [litterae Ex.mi Domini Ioannis Perón] al Comitato Centrale, di cui la Ecc. V. Ill.ma è degnissimo Presidente, mi permetto sottoporre al giudizio dello stesso Comitato il memoriale accluso, dal titolo 'Anno Santo - Anno Mariano', ove si trovano esposte brevemente alcune ragioni, alla luce delle quali i nostri Congressi Mariano-Assunzionistici di Roma, Madrid, Lisboa, Buenos Aires, hanno chiesto che l'Anno Santo abbia una nota particolare mariana, sicchè possa a buon diritto denominarsi 'Anno Mariano'."

Libellus memorialis, rationibus quae Annum Sanctum charactere mariano instruendum commendarent allatis, inter alia haec proponit:

"Perciò sembra assai naturale che l'Anno Santo, che cade in un'epoca eminentemente mariana, debba portare il segno di questa stessa epoca, cioè il segno mariano... Variamente si potrebbe attuare il progetto di celebrare l'Anno Santo con un degno sigillo per esser detto anche 'Anno Mariano'. - 1) Si potrebbe anzitutto raggiungere ciò disponendo le cose in modo che il Santo Padre proclami nel 1950 la verità dell'Assunzione corporea di Maria SS. come dogma di fede divino-cattolica. Questo fatto sarebbe più che sufficiente per imprimere all'Anno Santo una caratteristica del tutto particolare e si presterebbe magnificamente a giustificare una serie di celebrazioni in onore di Maria Vergine, da tenersi soprattutto nella Città Eterna, le quali darebbero al prossimo giubileo una nota spiccatamente mariana... 2) Se poi le circostanze non permettessero entro il corso dell'anno giubilare 1950 la definizione del privilegio dell'Assunzione, si potrebbe tuttavia, in accordo con lettera 'Deiparae Virginis', emanata nel 1946, dedicare

egualmente l'anno 1950 allo studio delle questioni riguardanti il Transito di Maria Vergine, esprimendo o sottacendo il 19mo anniversario della sua Traslazione dalla terra al Cielo. Si potrebbe più specificamente a riguardo cogliere l'occasione dell'Anno Santo per indire a Roma un Congresso Mondiale Mariano, con lo scopo determinato di studiare l'Assunzione di Maria SS. e l'influsso esercitato da Maria Vergine nella vita della Chiesa. Un Congresso del genere l'Ordine Serafico l'ha già predisposto, dietro deliberazione del Pontificio Ateneo Antoniano e della Commissione Internazionale Mariana. Ma sarebbe certo assai più conveniente che il Congresso assumesse proporzioni abbracciando *tutto l'orbe cattolico*, da celebrarsi a Roma, centro della Cristianità, con intervento dei più eminenti mariologi nell'intento di esaminare scientificamente quanto ciascuno di noi sente ed osserva particolarmente per gli effetti prodotti al nostro secolo presente nella vita della Chiesa dall'influsso del culto di Maria, in modo singolare contro le eresie e i molteplici serpeggianti errori moderni. Un simile Congresso con le sue conclusioni, mentre glorificherebbe pubblicamente la Madre di Dio, ridesterebbe più viva la fede, la devozione, l'amore verso la Madre di Dio, che certo non esiterebbe ad elargire sovrabbondanza di grazie tali, da assicurare l'esito e i frutti, che l'Anno Santo si propone. E quale fiamma di fede ridesterebbe nei pellegrini convenuti da tutte le parti del mondo vedersi ripetere il trionfo della Madre di Dio, che già celebrò con magnificenza e trasporto il Concilio ecumenico nella città di Efeso!... Per concludere, basta che la Presidenza del Comitato per l'Anno Santo stabilisca ed ottenga da Sua Santità l'approvazione del progetto di riunire in una sola celebrazione l'Anno Santo e l'Anno Mariano, perchè poi sarebbe facile eliminare qualsiasi difficoltà circa il modo migliore per dare pratica esecuzione al progetto in parola. Varie invero e molteplici sono le vie, percorrendo le quali s'imprima una nota particolare, una caratteristica manifestazione mariana all'Anno Santo 1950".

Acta commemorationis litt. Ubi primum cum acroasi De assumptione B. V. Mariae quatenus in deposito fidei continetur in peculiari fasciculo Pro veritate assumptionis B. V. Mariae dogmaticae definienda, Romae 1949, fuerunt transmissa ad fere omnes episcopos totius orbis catholici, una cum hisce litteris:

"Fama refert cunctos catholicos Episcopos una voce ac unanimi fere consensu diu optatam definitionem veritatis Assumptionis B. V. Mariae petivisse in responsis ad Litteras Apostolicas Pii Pp. XII fel. regn.: 'Deiparae Virginis Mariae' diei 1 maii 1946.

Opportunius tamen videbatur hanc veritatem definiri posse proximo anno, qui quadam mariali nota condecoraretur.

Quam ob rem, opusculum quod inscribitur: 'Pro veritate assumptionis B. V. Mariae dogmaticae definienda', Tibi, Excellentissime Domine, infrascriptus Auctor devoto humilique animo dono mittere ausus est, quo rationes argumentaque pressius perpenderentur quibus variis in congressibus de re mariali peropportune visum est instare apud Sanctam Apostolicam Sedem ut felici data occasione proximi

anni sacri Jubilaei veritatem Assumptionis B. V. Mariae dogma fidei divinae ac catholicae esse ediceretur.

Si Tibi erit curae, Excellentissime Domine, breviter manu versare paucas quas mittimus opusculi paginas, libertius excipies rationes eiusdem definitionis occasione anni sancti clarius efficaciusque exprimi posse formula quam Tuo iudicio humiliter submitimus quaque desideratur a nobis plurimisque a Te ad Summum Pontificem mitti, si id Tibi opportunum videtur.

Est igitur formula:

Beatissime Pater,

Ad pedes Sanctitatis Tuae reverenter prooluti, enixe adprecamur ut fausta proxime redeunte Anni Sancti celebritate, Apostolica Tua auctoritate dicere digneris veritatem Assumptionis B. M. Virginis in caelum dogma esse fidei divinae et catholicae ab omnibus christifidelibus firmiter constanterque tenendum.

Ad quod quidem votum fervens promendum imprimis adducimur litteras apostolicas *Deiparae Virginis Mariae* a Sanctitate Tua die 1 maii 1946 ad orbis catholici episcopos missas comparantes cum litteris encyclicis *Ubi primum* ab Antecessore Tuo f. r. Pio IX die 2 februarii 1849 datis, vel potius motum immaculatisticum elapsi saeculi conferentes cum motu assumptionistico qui hac nostra aetate ubique terrarum viget ac floret. Sicuti namque Immaculata Deiparae Conceptio potuit dogmatice definiri, ita et huius Assumptio gloria — quae doctrinae revelatae nota absque dubio condecoratur — ad eandem fidei divino-catholicae certitudinem promoveri sane potest; utque Pius IX, quinto vix elapo a datis suis litteris anno, controversiam immaculatisticam per saecula tantopere exagitatam, sigillo suae irrefragabilis sanctionis, definitive clausit, ita ratione haud dissimili nos quoque posse confidere humiliterque petere audemus, ut (responsis ad Tuas litteras prorsus acceptis, necnon quaestione assumptionistica ad plenorem trutinam per theologos revocata), Anno Sacro mox ineunte Sanctitas Tua nova perludidaque gemma Deiparentis coronam ornet.

Accedit praeterea quod, sive in per pulchra oratione quam recitandam Anno Sancto Tu conscripsisti sive in sollemni bulla qua eadem sacra sollemnia indixisti, plane utut implicite asseris, Beatissime Pater, per Mariam universi reginam ad Iesum eundum esse. Porro, si nota aliqua mariana tanta celebritas fuerit decorata, firma nobis arridet fiducia per tam piam Matrem tamque potentem gratiarum Mediaticem quae 'auxilium christianorum', 'refugium peccatorum', 'vita, dulcedo et spes nostra' iure ac merito consulatur — et Ecclesiam Dei sanctam novo munerum supernorum fonte ditatam validissimoque turbulentissimis hisce temporibus vallo munitam, et universorum hominum societatem a tantis irae divinae imminentibus flagellis liberatam atque ab erroris vitiorumque peste ac pernicie firmiter protectam fore. Sicque eveniet (prouti firmiter speramus) ut peculiaris anni iubilaris finis, a Te mire designatus, efficacius obtineatur, simulque christiana disciplinae instauratio cum litteris encyclicis *Ubi primum* inchoata, confirmetur atque ad felicem perducatur exitum.

Demum, licet ad historiae fidem in quemnam exacte annum gloriosus transitus B. M. Virginis inciderit hucusque non sit exploratum, tamen ante undeviginti

saecula tam anima quam corpore in caelum fuisse translatam extra controversiam admittitur. Qui quidem eventus — tot saeculorum cursu ab Ecclesia sollemni ritu celebratus — tanti momenti tantaeque gravitatis habetur ut silentio omnino praeteriri non deceat. Quapropter confidimus eodem Anno Sancto huius dulcissimi marialis eventus centenaria commemoratio ipsamet declaratione dogmatis Assumptionis haberi posse.

Quae quidem vota, dum humiliter proferimus, supremo Tuo ac infallibili iudicio remittimus, Apostolicam benedictionem interea filiali devotione implorantes.

Scripsimus, Excellentissime Domine, amore erga B. V. Mariam in caelum Assumptam impulsi et animati: hac tantum mente opusculum misimus et formulam proposuimus. Habe nos excusatos et Tua conforta pastorali Benedictione, quos habes s. Anulum reverenter osculantes.

Romae, XVIII kal. septembres MCMXLIX.

P. CAROLUS BALIĆ, O.F.M.
Commissionis Marialis Franciscanae praeses".

Liceat *quaedam tantum* nomina afferre illorum qui directe ad Academiam Marianam responsum praebuerunt:

Ex Europa: E.mus Dom. Maurilius card. Fossati, archiep. taurinensis; Ex.mi Domini: Ioseph Beran, archiep. pragensis; Caesarius Boccoleri, archiep. mutinensis; Ioseph Grösz, archiep. colocensis et bacsensis; Ioseph Otho Kolb, archiep. bambergensis; Ioseph M. Martin, archiep. rothomagensis; Ioannes Rizzo, archiep. rossanensis; Antonius Gregorius Vuccino, archiep. corcyrensis; Felix Beccaro, episc. S. Miniati; Guido A. Bentivoglio, ep. abellinensis; Hieronymus B. Bortignon, ep. patavinus; Ioannes Bučko, ep. cadoënus et visitator apost. pro ucrainis cath. in Europa; Silvius Cassulo, ep. maceratensis et tolentinus; Antoninus Catarella, ep. platiensis; Philippus M. Cipriani, ep. Civitatis Castelli; Vigilius F. Dalla Zuanna, ep. carpensis; Raphaël delle Nocche, ep. tricaricensis; Ioseph Dell'Omo, ep. aquensis; Vincentius Enrique y Tarancón, ep. celsonensis; Eugenius R. Faggiano, ep. cariatensis; Ioseph Köstner, ep. gurcensis; Casimirus I. Kowalski, ep. culmensis; Ioseph Lach, ep. aux. zagrebensis; Vincentius Lojali, ep. amerinus; Ioseph G. Machens, ep. hildesheiensis; Franciscus Marchesani, ep. clavarensis; Emmanuel Moll Salord, ep. derthusensis; Santos Moro Briz, ep. abulensis; Ioachim Muccin, ep. bellunensis et feltrensis; Ferdinandus Pawlikowski, ep. secoviensis; Ioachim Pedicini, ep. arianensis; Humbertus Ravetta, ep. senogalliensis; Aloysius Robin, ep. blesensis; Innocentius Rodríguez Díez, ep. conchenensis; Ignatius Swirski, ep. siedlcensis; Leo Villuendas Polo, ep. teruelensis.

Ex Asia: Ex.mus Dom. Gregorius Petrus XV card. Agagianian, patriarcha Ciliciae armenorum; Ex.mus Dom. Ioseph VII Ghanima, patriarcha babylonensis chaldaeorum; Ex.mus Dom. Isidorus Fattal, archiep. aleppensis melchitarum; Ex.mus Dom. Gregorius Hindié, archiep. aleppensis armenorum; Ex.mus Dom. Ioseph Vieira Alvernaz, ep. coccinensis.

Ex Africa: Ex.mus Dom. Alphonsus Kirmann, archiep. assuritanus, vic. apost. sassandrensis; Ex.mus Dom. Ioseph Bretault, praef. apost. ouhaigouyaensis.

Ex America: Ex.mi Domini: Alexander Vachon, archiep. ottaviensis; Franciscus Thill, ep. salinensis; Isidorus A. Oviedo y Reyes, ep. leonensis; Patriitus Finbarro Ryan, archiep. Portus Hispaniae; Aloysius Andrade Valderrama, ep. antioquiensis; Victor Alvarez, ep. ayacuquensis; Alfridus Marie, ep. mundinitzensis, vic. apost. Guyanae gallicae; Ioseph Medeiros Leite, ep. oliveirensis; Antonius Moraes Almeida, ep. montis-clarensis; Antonius Reis, ep. S. Mariae; Candidus Penso, ep. tit. coelenus; Raymundus Munita Eyzaguirre, ep. Portus Montt.

Ex Oceania: Ex.mus Dom. Andreas Sorin, ep. tit. antiphrensis, vic. apost. Portus Moresby.

In hisce litteris aliisque ad Academiam Marianam missis in universum sive exprimitur desiderium, ut Anno Sancto proclametur assumptio dogma fidei sive adhuc adiungitur quod petitio aut claudatur Vicario Christi transmittenda aut edicitur iam directe ad Sedem Apostolicam transmissam fuisse. Ita, e. g.:

"Alep, le 21.11.1949

Veuillez donc trouver ci-joint la pétition désirée et proposée... Je vous serais infinitement reconnaissant de bien vouloir présenter cette pétition au Très Saint Père...

✉ ISIDORE
Métropolite Grec-Catholique d'Alep"

"Bagdad (Irak), le 20.12.1949

Joseph Ghanima, Patriarche de Babylone des Chaldéens... informe qu'il a eu soin d'adresser à Sa Sainteté, en son nom et celui de l'Episcopat Chaldéen, une copie de la supplique proposée en faveur de la proclamation, à l'occasion de l'Année Sainte, comme dogme révélé, l'Assomption de la Immaculée, corps et âme, au ciel...".

"Koudougou (A.O.F.)

...unit ses voeux et prières aux vôtres et à celles de l'Univers Catholique pour obtenir en cette Année Sainte 1950 cette nouvelle glorification de notre Mère...

✉ JOSEPH BRETAULT, préf. apost."

León (Nicaragua), 7 de Febrero de 1950

Debo decirle que interpreta con toda verdad y peso el sentir de todos los hijos de la Santa Iglesia... Ahora bien, querido Padre, con el objeto de que nuestra súplica llegue los más pronto posible a su destino, se la envío a V. Rev. directamente...

* ISIDRO AUGUSTO, obispo de León".

"Salina, Kansas, January 28, 1950

...Enclosed herewith you will find the petition addressed to Hiss Holiness in accordance with your suggestion...

* FRANK A. THILL, D.D., bishop of Salina".

"Port of Spain, die 28 Decembris 1949

...Meum facio votum tuum in thesi n. 10 inclusum quod hoc Anno definiatur hoc privilegium necnon Regalitas Beatae Virginis.

* FINBARRUS RYAN, archiep. Portus Hispaniae".

"Zagreb, 9.2.1950

Budite uvjereni... da se od svega srca molim Presv. Trojstvu, da Ono proslavi Majku druge Božanske osobe po covjecjoj njezinoj naravi time da bude proglašena dogmom istina o uznesenju Majke Božje na nebo.

* JOSIP LACH, pomočni biskup".

"Siedlce, 14.12.1949

Speriamo che questa verità nell'anno seguente sarà definita...

* IGNACIO SWIRSKI, vescovo di Siedlce".

"Cariati, 11 Nov. 1949

Ho umiliato al S. Padre la supplica per la definizione del Domma dell'Assunzione di Maria Ss.ma in occasione dell'Anno Santo...

* EUGENIO RAFFAELE FAGGIANO, vescovo".

"Modena, 11 nov. 1949

...Non mancherò di presentare la desiderata istanza al S. Padre.

* CESARE BOCCOLERI, arcivescovo".

"Hildesheim, die 11 Novembris 1949

... Quia de re agitur, quae non mentem solum, sed cor meum tangit et movet, lecturae cum studio incubui, novas semper ideas inveniens singularis momenti vobiscum spero fore, ut annus Iubilaeus fiat annus Marianus definitione dogmatica Assumptionis Deiparae.

* JOSEPH GODEHARDUS, episcopus Hildesiensis".

" Pragae, 23.11.1949

... Pariter et copiam petitionis Sancto Patri praesentatae adiungo rogans... ut me in tanto discrimine rerum positum ad altare in Memento includere faveas.

✠ JOSEPHUS, archiepiscopus pragensis".

" Bamberg, 7 November 1949

... Namentlich möchte ich die 10 Thesen am Schlusse Ihres Werkes unterschreiben und der Hoffnung Ausdruck geben, dass von den 4 Nota Mariana das erste im Jubeljahr 1950 zur Verwirklichung gelange...

✠ JOSEPH OTTO KOLB, Erzbischof".

" Colocsae (Kalocsa), in Hungaria die 12 Novembris 1949

...simul cum gaudio certiores reddo Paternitatem Tuam in archidioecesi mea, imo in toto regno Hungariae communem esse fidelium persuasionem, Deiparae Virginis in coelos assumptionem corpoream, in deposito fidei contineri. Huius persuasionis bene conscient, iam ante biennium recursum exhibui Beatissimo Patri, ut eandem dogmatica definitione confirmare dignetur...

✠ JOSEPHUS GRÖSZ, archiepiscopus colocensis et bacsensis".

" (San Miniato) 9.11.1949

...Oremus igitur et laboremus corde, verbo et opere ut proximo jubilari anno Christi Vicarius Stellam maris invocet et honoret una cum Urbe et Orbe terrarum et, dogmatically definiens B. V. Mariae Assumptionem, aliud et fulgidum in illius corona insigne laetissime ponat.

✠ FELICE BECCARO, vescovo".

Ulterius, die 17 aprilis 1949 R.mus P. Pacificus M. Perantoni, minister generalis, disposuit ut in toto Ordine a die 2 aprilis 1949 usque ad diem 2 aprilis 1951 nihil intentatum a Fratribus Minoribus relinqueretur quominus marialis nota imprimeretur Anno Sancto (1).

Denique, die 30 aprilis 1949 R.mus P. Pacificus M. Perantoni, una cum integro definitorio generali variisque ministris provincialibus Ordinis Fratrum Minorum, necnon rectore magnifico Pont. Athenaei Antoniani ac praeside Academiae Marianae, R. P. Balić, Summo Pontifici, occasione eius iubilaei sacerdotalis, inter alia opera humillime obtulerunt priora *Bibliotheca Assumptionis B. V. Mariae* volumina, duo volumina petitionum totius nationis lusitanæ pro veritate assumptionis dogmatically definienda, occasione congressus mariani assumptionistici Olisypone anno 1947 celebrati collectarum aliaque in honorem Matris Dei in caelum assumptæ a filiis Seraphici Patriarchæ peracta opera, Vicarium Christi et tunc oretenus et crastina die scriptis suppliciter deprecantes,

(1) Cf. *Acta Ordinis Fratrum Minorum* 68 (1949) 130.

ut quamprimum, et si fieri posset, Anno Sancto, dogma assumptionis proclamaretur. Ad quam petitionem eadem die 30 aprilis palam Summus Pontifex edixit maximam partem episcopatus catholici responsum affirmativum exhibuisse, sed cum ageretur de re summi momenti, necesse esse ulterius multum orare et multum laborare.

Quod monitum Pastoris Angelici Academia Mariana nunquam obli-
vioni tradidit, potissimum congressum marianum parando, de qua prae-
paratione remanet ut loquamur.

II.

DE PRIMIS LINEAMENTIS CONGRESSUS

Die 13 decembris 1948 occasione primae sessionis commissionis pro congressibus Comitatus Centralis pro Anno Sancto R. P. Carolus Balić, O.F.M., palam manifestavit propositum Pont. Athenaei Antoniani tempore Anni Sancti, idque mense octobri ad finem vertente, convocandi congressum marianum internationalem. Quod idem fecit in sermone die 2 februarii 1949 habito ad commemorandas litteras encyclicas Pii papae IX *Ubi primum*, die 2 februarii 1849 datas.

”Liceat etiam proferre — haec inter alia edixit — hodiernam hanc nostram manifestationem initium dare sollemnibus marialibus quae anno 1954 exitum habebunt quaeque inter alia complectuntur congressum mariale internationalem in hac alma Urbe in sequenti anno celebrandum eo sane consilio ut vis illustretur praecipuorum privilegiorum B. Virginis (maternitatis, virginitatis, immaculatae conceptionis, regalitatis, assumptionis necnon gratiarum omnium dispensationis) in vitam Ecclesiae, et potissimum in eius certamina contra errores et haereses” (1).

Quam laetam notitiam statim *L'Osservatore Romano* diei 5 februarii 1949 (2) his verbis attulit:

”Finita la disputa, il Rettore Magnifico, P. Balic, ha letto il Voto che, a nome dei presenti, intende umiliare al Santo Padre perchè il prossimo Anno Santo venga caratterizzato da qualche nota Mariana, che potrà essere o la definizione dommatica dell'Assunzione, o la commemorazione del 19º centenario del glorioso transito della Vergine Maria, o la commemorazione del primo centenario del moto assunzionista odierno, o l'istituzione della festa della 'Regalità di Maria', o tutte queste prerogative insieme.

Il Voto è stato accolto e approvato con vibrante generale applauso. L'”Ave Maria” del Vittoria chiudeva la solenne cerimonia, la quale — faceva notare il P. Balic — segna l'inizio dei festeggiamenti che l'Ordine di Frati Minori intende fare in commemorazione del primo centenario della definizione dommatica dell'Immacolata Concezione e che culmineranno nel 1954, preparando già, per il 1950, un Congresso Mariano Internazionale, diretto a studiare l'influsso del culto della Vergine nella vita della Chiesa e nella lotta contro le eresie”.

(1) Cf. BALIĆ C., *Pro veritate assumptionis B. V. Mariae dogmaticae definienda*, Romae 1949, 48.

(2) *La solenne commemorazione mariana al Pontificio Ateneo Antoniano*, in *L'Osservatore Romano* 89 (5 febbraio 1949) 3.

Hoc itaque nuntio de congressu mariano Anno Sancto in Urbe celebrando publici iuris facto, R. P. Balić certior factus est Societatem quoque Mariologicam Hispanicam propositum habere suam annuam, decimam in ordine, sessionem in Urbe anno 1950 convocandi, et hac ipsamet occasione congressum marianum internationalem Romae coadunandi. Ad quem finem facilius et tutius obtinendum ad sessiones annuas Salmanticae mense septembri 1949 habendas eadem societas varios scientiae mariana ex diversis nationibus cultores convocare voluit, inter quos et R. P. Balić, qui hac in hebdomada mariana hispanica activas partes habuit. Re cum consilio eiusdem societatis, potissimum vero cum eiusdem noto et magno animo praedito praeside R. P. Narciso García Garcés, C.M.F., pertractata, cum et Academiae Mariana de Urbe et Societati Mariologicae Hispanicae hoc unicum propositum erat, ut tandem in quodam congressu mariano internationali coram Patre communis totius christianitatis privilegia Matris communis illustrarentur, facili negotio omnia perrupta sunt, et communi sententia stabilitum est, ut Academia Mariana quae in ipsamet Urbe suam sedem habet conamina iam facta ad congressum apparandum prosequeretur; cui imprimis et illico Societas Mariologica Hispanica pro sua magna liberalitate omne fulcimen atque omne adminiculum munifice largeque promisit; hisce promissis stetit, prout postea apparebit.

Quod auxilium collaborationemque etiam delegati e Gallia (R.P. H. du Manoir, S.I.; R.P. I. Fr. Bonnefoy, O.F.M.; R.P. E. Neubert, S.M.); e Belgio (R. Dom. G. Philips); e Lusitania (R.P. C. Duarte de Azevedo; R.P. Fr. Rendeiro, O.P.; R.P. Vasconcellos, S.I.) comiter promiserunt, paratos se esse manifestantes cum consiliis societatum mariologicarum earundem nationum agendi ut societas laudatae, notae sub inscriptione "Société française d'études mariales", "Mariale Dagen van Tongerlo" et "Academia marial portuguesa", partem activam sumerent in congressu mariano romano.

De congressu mariano in Urbe celebrando haec notitia in *Bollettino Ufficiale del Comitato Centrale Anno Santo*, Città del Vaticano 1949, n. 10, p. 29 publici iuris facta est: "Novembre (inizio): Congresso Internazionale Mariologico. E' promosso dal Pontificio Ateneo Antoniano, rappresentato dal Rettore Magnifico Rev.mo P. Carlo Balic, Via Merulana 124, Roma" (1).

(1) Initio in mente erat ut apparatio congressus fieret ab ipsomet Pont. Athenaeo Antoniano coadiuvante Academia Mariana. Postea vero opportunius esse videbatur ut tres familiae franciscanae (Fratres Minores, Fratres Minores Conventuales et Fratres Minores Capuccini) tanquam promotores congressus ponerentur. Demum, omnibus perpendidis persensis, congressus apparatio tradenda esse visa est unice Academiae Mariana Internationali. Quod propositum approbatum fuit in sessione diei 4 decembris 1949 etiam a delegatis Pont. Athenaei Antoniani, Pont. Facultatis


Postquam igitur manifestum fuit ideam de opportunitate immo de necessitate congressus internationalis mariani in Urbe Anni Sancti occasione in cordibus omnium adesse, de ipsomet arguento in eodem congressu pertractando exactius erat cogitandum. Relicto igitur pristino consilio, ut nempe praecipuorum privilegiorum B. Virginis "in vitam Ecclesiae, et potissimum in eius certamina contra errores et haereses", vis illustraretur, utpote nimis coarcto et de variis quaestionibus speculativis quae in praesens inter theologos agitantur minime curante, mense novembri 1949 elaboratum fuit programma quo quaestio de assumptione B. V. Mariae in omnibus suis elementis tanquam thema centrale exhibita fuit. At sic programmata efformato "Nihil obstat" erat obtinendum ab ipsomet Comitatu pro Anno Sancto. Ad quem finem assequendum programma fuit debite exhibitum. Responsum datum est die 10 februarii 1950: "Sarebbe bene omettere i temi relativi all'Assunzione essendo questo argomento ormai oggetto di studio della Santa Sede". Quod consilium ut in effectum deduceretur ac p[re]ae oculis habito etiam Societatem Mariologicam Hispanicam iam suum programma antea efformasse, disquirendi nempe circa labores in hisce viginti ultimis annis quoad praecipuas quaestiones quae B. Virginem respiciunt peractos, ad id per ventum est propositum, ut thema centrale non ipsamet privilegia Virginis et inter haec potissimum assumptio constituerent, verum pecularis B. Virginis missio iuxta fontes revelationis et historiam Ecclesiae perscrutanda una cum via ac ratione sese gerendi Ecclesiae erga aliam Sociam Christi seu una cum cultu Mariae debito, maxime vero cultu assumptionistico.

Itaque postquam iam variae societates, ut, e.g., gallica, belgo-hollandica, et Commissio Marialis Franciscana Internationalis, themata circa assumptionem B. Virginis elaborare incepert, novo nunc programmata efformato et a Comitatu Centrali pro Anno Sancto "Nihil obstat" die 27 februarii 1950 obtento immediate in decem millibus exemplarium sequens nuntium Urbi et Orbi transmissum fuit (1), nempe:


Theologicae S. Bonaventurae et Collegii Internationalis S. Laurentii a Brundusio. Neque silentio praeterendum est huic sessioni inter alios adfuisse RR.PP. Vitum a Bussum, O.F.M.Cap., Leonem Veuthey, O.F.M.Conv., Ferdinandum Antonelli, O.F.M., Melchiorem de Pobladura, O.F.M.Cap., Caietanum Stano, O.F.M.Conv., Laurentium Di Fonzo, O.F.M.Conv., Ioseph Pou y Martí, O.F.M., Novatum Picard, O.F.M., R. P. Paulum Melada, O.F.M., cum quibus R. P. Carolus Balió, O.F.M., anno 1949 duas sessiones habuit auxilium consiliaque utilia exquirendo.

(1) Nuntium typis impressum missum fuit omnibus pontificis universitatibus Romae, et quidem rectori magnifico, decanis facultatum et singulis professoribus theologiae dogmaticae, historiae sacrae et sacrae Scripturae; rectoribus omnium seminariorum, collegiorum et institutorum ecclesiasticorum Romae; omnibus rectoribus et decanis universitatum catholicarum et institutorum in

5. - Eminentissimi Domini Cardinales qui de congressu
mariologico-mariano optime meriti sunt



E.mus Dom. Franciscus Marchetti-Selvaggiani, vicarius generalis Urbis



E.mus Dom. Eugenius card. Tisserant,
S. Congr. pro Ecclesia Orientali se-
cretarius




E.mus Dom. Clemens card. Micara,
S. Rituum Congr. praefectus




E.mus Dom. Benedictus card. Aloisi
Masella, S. Congr. pro disciplina Sa-
cramentorum propraefectus




E.mus Dom. Adeodatus Ioannes Piazza,
S. Congr. Concistorialis secretarius




E.mus Dom. Alexander card. Verde,
archipresbyter Patr. Basil. Liberianae



E.mus Dom. Joseph card. van Roey,
archiep. mechliniensis; tituli S. Mariae
in Aracaeli



E.mus Dom. Alfridus Ildephonsus
card. Schuster, archiep. mediolanensis




E.mus Dom. Maximus card. Massimi,
Supremi Tribunalis Signaturae Apo-
stolicae praefectus




E.mus Dom. Gregorius Petrus XV
card. Agagianian, patriarcha Ciliciae
armenorum



E.mus Dom. Iacobus Carolus card.
Mc Guigan, archiep. torontinus




E.mus Dom. Franciscus card. Spell-
man, archiep. neoeboracensis



E.mus Dom. Theodosius Clemens
card. De Gouveia, archiep. de Lou-
renço Marques



E.mus Dom. Emmanuel card. Arteaga
y Betancourt, archiep. S. Christophori
de Habana



E.mus Dom. Ioseph card. Frings, ar-
chiep. coloniensis



E.mus Dom. Nicolaus card. Canali,
poenitentiarius maior

"I. Convocatio et propositum Congressus.

Inter praecipua et haud dubia renovatae fidei catholicae signa, quae post promulgatum dogma de Immaculata B. V. Mariae Conceptione prodiere, facile adnumerantur solemnes illi Congressus internationales de SS. Eucharistia et de B. V. Maria, in quibus scientia ac doctrina clarissimorum doctorum cum ingenua pietate fidelium quam mirabiliter et efficaciter coniungitur.

Dum vero Congressus Eucharistici internationales inde ab anno 1881 sine intermissione (si tempus immanis belli excipiatur) usque ad hodiernum diem locum habuere, Congressus mariales internationales e contra rarius, id est septies solummodo celebrati sunt, eorumque loco frequentiores convocati sunt Congressus mariales nationales et quamplurimae surrexerunt Academiae ac Societates ad scientiam doctrinamque mariologicam promovendam.

Saeculum autem, in quo aetas haec nostra agitur, cum merito audiri gaudeat 'saeculum Marianum', bene visum est solemnes illas internationales manifestaciones fidei pietatisque marialis in integrum restituere, quae postulatis scientificis variarum Academiarum ac Societatum non modo, verum etiam vividioribus in dies aspirationibus animae christiana, naturaliter marianae, satisfacere queant.

Maximi igitur atque universalis Iubilaei feliciter recurrentis summopere favente opportunitate, Consilio Centrali pro Anno Sancto (Commissio pro Congressibus) annuente, 'Academia Mariana' de Urbe indicit Congressum Marialem Internationalem a die 23 octobris ad diem 1 novembris Romae celebrandum.

Eiusmodi autem Congressus hoc est propositum:

1) Nonnullas quaestiones mariales, quae *singularem missionem* atque *cultum B. V. Mariae* respiciunt, plenius pertractandi; 2) Modum practicum expendere ac determinare, quo christifideles Matrem Dei hominumque aptius cognoscere, diligere atque imitari possint; 3) Rationem universi his novissimis temporibus peracti in futurumve peragendi laboris circa mariales doctrinas computandi.

II. Forma ac ratio Congressus.

Congressus ideo et sessiones scientificas (plenarias vel particulares) et manifestaciones varias in Deiparentis honorem complectetur.

1) In sessionibus scientificis tam plenariis quam particularibus de beatissimae V. Mariae *singulari missione* atque *cultu* sub omni quidem respectu disseretur, nempe:

A. - *De singulari B. V. Mariae missione:* a) de praedestinatione B. Virginis ad suam singularem missionem (doctrina S. Scripturae, SS. Patrum variarumque scholarum catholicarum); b) de singularis missionis B. Virginis adimpletione, prouti e fontibus revelationis eruitur (maternitas divina, cooperatio in gratiarum acquisitione ac distributione, regalitas); c) de singularis missionis B. Virginis adim-

toto orbe; omnibus rectoribus seminariorum maiorum in orbe; omnibus praesidibus nationalibus vel provincialibus commissionum marialium franciscanarum; principalibus ephemericibus per totum orbem; plusquam mille ducentis episcopis orbis catholici; quasi omnibus superioribus generalibus ordinum religiosorum, permultis viris illustribus in scientia ecclesiastica, et ita porro.

pletione in vita Ecclesiae, et imprimis de parte equidem summa quam in religionis catholicae origine, propagatione ac defensione eadem Virgo, a SS. Papa Pio XII 'victrix omnium Dei proeliorum' feliciter nuncupata, habuit (Maria et populorum barbarorum ad fidem conversio; Maria in historia schismatis graeci ecclesiarumque dissidentium; Maria et Ecclesia humanismi, illuminismi ac rationalismi temporibus; dogma Immaculatae B. V. Mariae Conceptionis, naturalismus atque disciplinae catholicae restauratio saec. XIX; B. Virginis in caelum Assumptio et errores naturalismi; Maria et Sedes Apostolica; Maria 'salus atque regina mundi' Ecclesiaeque mater in hodierno humani generis discrimine).

B. - *De singulari B. V. Mariae cultu:* a) de cultu mariano in genere (eius natura, formae externae, origo ac propagatio); b) de cultu assumptionistico in specie, tum in sacra liturgia, tum in ecclesiis dissidentibus, tum denique apud varios populos religiososque Ordines, ita quod accuratum exinde colligi possit rationarium (statistica) sanctuariorum, ecclesiarum, oratoriorum, aedicularum B. V. Mariae Assumptae dicotorum; confraternitatum, associationum, etc. sub eodem titulo erectarum, necnon operum artisticorum vel doctrinalium ad insigne huiusmodi mariannum privilegium celebrandum illustrandumque antiquitus vel modo nuper compositorum.

2) Sessiones scientificae plenariae a die 23 usque ad diem 28 octobris post meridiem habebuntur. Peculiares autem sessiones plenariae mane diebus 27-28 octobris erunt, in quibus communicationes acceptae necnon relationes de laboribus in sectionibus particularibus peractis legentur, simulque discussio fiet de potioribus quaestionibus in Congressu habitis.

3) Universa, quae in sessionibus scientificis plenariis acta fuerint, 'Academia Mariana' ipsa typis mandabit.

4) Sectiones scientificae particulares mane tantum diebus 24-26 octobris habebuntur. Quaevis autem Societas mariana, Universitas, Facultas, Natio, quodvis Collegium, quivis religiosus Ordo, etc. sectionem particularem constituere in eaque aliquam quaestionem ad thema generale spectantem pertractare poterit.

5) Opportuno tempore strictius definietur ordo manifestationum variarum, quae in B. V. Mariae honorem a die 29 octobris ad diem 1 novembris habebuntur, quae sessiones de cultu pratico mariano, orationes panegyricas in laudem B. Virginis atque solemnies functiones liturgicas in eius honorem, etc. complectentur.

III. Nuntia votaque alia.

Cum Congressus sensu vere catholico, id est universali, conceptus sit, ita ut quaevis Natio, Societas, quodvis Institutum, etc. via ac ratione propria et lingua propria, occasione Anni Sancti in Urbe, iuxta Patris communis Sedem, Matrem nostram communem glorificare possit, confidimus fore, ut idem Congressus, consociata omnium opera, vere et catholico nomine et B. Virgine prorsus dignus evadat.

Quo autem communia consilia commune propositum aptius consequantur, enixe rogamus, ut: 1) Omnes, qui aliquam quaestionem ad thema generale pertinentem

Era, pues, justo que todos cuantos creen y han creido, de generación en generación, en la compasión de María al pie de la cruz, hayan creido firmemente en su glorificación por el Hijo suyo divino y hayan deseado una explícita declaración en ese sentido del magisterio infalible".

6) Allocutio Italiae legati

Ex.mus Dom. Antonius Meli Lupi di Soragna Tarasconi, italicae nationis legatus, sequentia verba salutis dixit:

"Eminenze, Eccellenze, Signore e Signori!

Sono particolarmente lieto e lusingato di portare a questa nobilissima assemblea di dotti e studiosi convenuti da ogni parte del mondo cattolico nell' alma Urbe per le solenni assisi del congresso internazionale mariologico, l'adesione sincera ed entusiasta del mio Governo e di tutto il popolo italiano.

Era ben giusto e degno che questo congresso, preludio e preparazione del grande avvenimento che avrà luogo il prossimo primo novembre, si tenesse in Italia e precisamente a Roma, perchè il popolo italiano, può dirsi con tutta verità, è un popolo mariano per eccellenza.

I più grandi mistici e teologi da S. Pier Damiani a S. Francesco, da S. Tomaso a S. Bonaventura, da S. Caterina da Siena a S. Bernardino, da S. Roberto Bellarmino a S. Alfonso dei Liguori, hanno dedicato i loro studi assidui e le manifestazioni migliori del loro pensiero alla celebrazione della Vergine e all'approfondimento dei sublimi privilegi concessi alla Gran Madre di Dio.

Gli artisti più eletti fioriti in ogni secolo in questa nostra terra sempre feconda, dai poeti ai pittori, dagli scultori agli architetti e ai musici, a lei hanno tributato in modo particolare l'omaggio filiale del loro genio sublime.

Le basiliche e le cattedrali più sontuose come le mille altre chiese sparse in ogni città o borgata che la pietà del popolo italiano ha voluto consacrare alla sua dolce 'Castellana', ne attestano il profondo amore e la grande devozione.

E chi non conosce i grandi santuari mariani di Loreto, Pompei, Oropa e tanti altri che costellano le varie regioni della penisola, meta di continui pellegrinaggi dove il fervore religioso del popolo italiano si disseta ininterrottamente alle sorgenti più pure della sua pietà e della sua fede mariana?

L'amore sincero e profondo che il popolo italiano nutre verso la Madre di Dio costituisce l'espressione di uno splendido patrimonio di civiltà e di grandezza plurisecolare.

E perciò oggi l'Italia è altamente fiera di ospitare e salutare i più eletti ingegni del pensiero cattolico mondiale convenuti a questo grandioso congresso mariologico, al quale il mio Governo è lieto di rivolgere i migliori auguri per il concreto e fattivo svolgimento dei lavori che avranno la più sublime sanzione colla prossima proclamazione dell'assunzione di Maria, definizione che viene ad aggiungere un nuovo gioiello alla già fulgida corona di gloria con cui la Chiesa ha ornato il capo della Madre di Dio”.

7) Allocutio Galliae legati

Ex.mus Dom. Vladimirus D' Ormesson, nomine nationis gallicae ita congressum salutavit:

”Dans la suite ininterrompue des grandes manifestations de l'Année Sainte, le congrès international de mariologie revêt une importance particulière. N'est-il pas comme la préface du grand acte religieux que le Souverain Pontife s'apprête à accomplir en prononçant le dogme de l'assomption de la Sainte Vierge Marie? Aussi suis-je heureux d'apporter le salut des catholiques de France, au seuil de ses travaux, à cette éminente assemblée. Permettez-moi de me réjouir particulièrement que l'église de France y soit représentée par une délégation brillante à la tête de laquelle se trouve S. E. Mgr. l'Evêque de Chartres.

Si j'évoque ici Notre-Dame-de-Chartres, qui exalte dans la pierre le triomphe de la Vierge; si je rappelle que dans cette petite île de la Cité, qui est comme le noyau spirituel de la France, s'élève Notre-Dame-de-Paris; si je nomme, enfin, le sanctuaire de Lourdes où des foules immenses se renouvellent constamment, j'aurais résumé, semble-t-il, la dévotion séculaire des chrétiens de France pour celle qui depuis le baptême de Reims, ils appellent: Notre-Dame”.

8) Allocutio Hispaniae legati

Nationis hispanicae legatus, Ex.mus Dom. Ioachim Ruiz-Giménez Cortés, ita salutem nationis suae congressui dixit:

"Eminencia Reverendísima,
Excelencias,
Señores Congresistas,
Amigos!

Sea mi primer palabra de felicitación para los organizadores de este congreso internacional mariano, por su bella y fecunda iniciativa, y también de agradecimiento por haber querido que resonara en estos ambientes, en la sesión inaugural, la voz de España.

Nada, en verdad, puede resultar más grato para un embajador de España que dirigir su palabra a una asamblea centrada en torno a la realidad excelsa de la Virgen Madre, Nuestra Señora de cielos y terra. La historia de mi patria es inescindible del fervor mariano. Porque los españoles estaremos dispuestos a renunciar a muchas cosas temporales, pero a lo que no renunciaremos jamás, aunque en ello nos fuera la vida, es a que en nuestra tierra reine siempre María Santísima. La Virgen María está — según piadosa tradición — en el origen mismo de nuestra fe cristiana. La dulzura maternal de la Virgen Madre y el ímpetu de fuego del apóstol Santiago marcan con signo indeleble el ser mismo del catolicismo español.

Y luego, a lo largo de los siglos de crecimiento de la nacionalidad y de la creencia, la piedad filial hacia Nuestra Señora late en lo más profundo de nuestros hombres e inspira las obras más bellas de nuestro pensamiento y de nuestra conducta. Cánticos a María son el despertar de nuestra música religiosa y de nuestra literatura. Evocaciones de María enriquecen las primeras esculturas y llenan de suavidad los pórticos de nuestras iglesias y de nuestras catedrales, los claustros de nuestros conventos y los atrios de nuestras universidades.

Y a la hora de la prueba y del riesgo, vuelve a ser Nuestra Señora aliento y bandera; y así, desde las peñas de Covadonga, hasta la Andalucía musulmana, en el arnés del santo rey Don Fernando, o en el altar portátil de la reina Isabel, llega ella con la buena nueva de la liberación y de la reconquista cristiana del viejo solar ibérico.

Más tarde, en el oleaje de la reforma, es la fe y el amor a la Virgen María la triaca más enérgica contra el veneno de la discordia y de la herejía; y más que las medidas jurídicas de protección, hace el amor a María por conservar intacta la fidelidad y la unidad del catolicismo español y su vinculación a Roma.

Y ya casi en nuestros días, cuando la revolución materialista y atea, bajo el signo de la hoz y el martillo, aterrorizaba las doloridas ciudades de mi patria y ponía a nuestros obispos y a nuestros sacerdotes, a nuestros hombres y a nuestras mujeres en el tremendo dilema de la deserción o

de la muerte, fué Nuestra Señora el consuelo último de los mártires que caían dando testimonio de una inquebrantable fidelidad.

Por eso los españoles hemos querido estar siempre en la vanguardia de los laudes a Nuestra Señora, y todas las crónicas de nuestros municipios y de nuestros monarcas están llenas de peticiones al Sumo Pontífice para la declaración de dogmas marianos, como el de la inmaculada y ahora el de la asunción.

Bajo el signo de esta piedad renovada a la reina de los cielos, nosotros queremos pedirla, y os lo pedimos también a vosotros, ilustres congresistas de esta importante reunión doctrinal, que el mensaje de María traiga remedio para este mundo atormentado y roto. Que su pureza nos sirva a todos para ganar la victoria contra la carnalidad; que su humildad nos dé fuerzas contra el orgullo, contra la sorberbia y la rebeldía de los pequeños y de los grandes; que su caridad, en fin, nos haga vencedores sobre el resentimiento y sobre el odio. A ella, que es — en la invocación bellísima de nuestro Calderón de la Barca — 'Hidalga del valle', le pedimos todos luz y fuerza para que hagamos de este valle una tierra digna de hombres hijos de Dios, no para que no haya lágrimas en él — que esto iría contra la ordenación divina — sino para que esas lágrimas no sean amargas, sino dulces lágrimas de hermandad, de justicia y de amor entre los hombres".

9) *Allocutio Peruviae legati*

Nationis peruviana nomine salutem congressui eius legatus, Ex.mus Dom. Philippus Portocarrero, ita dixit:

"Es para mí motivo de íntima satisfacción presentar mi cálido saludo a las dignidades e ilustres personalidades que van a tomar parte en este congreso internacional mariológico, saludo que formulo — como embajador del Perú ante la Santa Sede — con toda la unción y el respeto que la nación peruana tiene por los portaestandartes de su sagrada religión, que aquí nos tiene congregados.

El pueblo peruano es eminentemente católico desde que la madre patria nos enseñara la más pura de las religiones y fervorosamente devoto de la Virgen María, a la que rinde culto diario, hace más de cuatrocientos años, en la imagen bellísima de la Virgen del Rosario que le fuera obsequiada por Carlos V, y que actualmente se venera por la Cofradía del Rosario de españoles en la basílica del Rosario de Santo Domingo, a cuya institución tengo el honor de pertenecer.

Marianista como soy, declaro sin eufemismo alguno que me produce gran alegría la celebración de este congreso internacional tanto por su alta trascendencia y finalidad espiritual cuanto por la resonancia

que tendrá en el mundo, especialmente entre los científicos materialistas, para hacerles saber que, así como en sus congresos científicos se estudian y discriminan hechos de naturaleza material para definir conclusiones que no atañen al orden espiritual, del mismo modo la Iglesia católica en sus congresos, igualmente científicos, estudia y discrimina todos los hechos sobre los cuales reposan y brillan las inmutables y eternas verdades que rigen la vida del espíritu y que constituyen para nosotros los postulados dogmáticos.

Este congreso conlleva, pues, el aporte más valioso y formidable de la dogmática en lo referente al minucioso y detenido examen de cuantos elementos sirven de fundamento sólido a la doctrina mariológica, y estoy seguro que en la sesión plenaria final ha de eclosionar con la más pura y natural nitidez el dogma de la asunción de la Santísima Virgen María a los cielos, dogma ansiosamente esperado por toda la cristiandad y que dentro de pocos días proclamará Su Santidad Pío XII, gloriosamente reinante.

Y explicado así el porqué de estas pocas palabras, termino mi salutación a los congresistas rindiendo pública pleitesía a la Madre de Dios musitando el avemaría".

10) Allocutio Reipublicae Cubanae legati

Reipublicae Cubanae legatus, Ex.mus Dom. Alphonsus Forcade y Jorrin, salutem hisce verbis protulit:

"Es para mi patria muy grato el unirse a este magno congreso, que culminará con la definición dogmática de la asunción de la Santísima Virgen a los cielos, porque Cuba ha sido desde su fundación una nación genuinamente mariana.

La Virgen Santísima, bajo el hermoso título de la Caridad del Cobre, es la patrona de la república y así fué consagrada a ella toda la nación por los veteranos de nuestras gentes libertadoras.

La primera ciudad que se fundó en Cuba y su primera catedral llevaron el título de Nuestra Señora de la asunción de Baracoa, a mediados del 1500.

Entre los primeros obispos que pidieron al Santo Padre la definición del dogma de la asunción se encuentra el obispo de La Habana, fray Jacinto María Martínez, a mediados del 1800.

Dos diócesis de la nación se encuentran dedicadas a la Santísima Virgen, varios pueblos y numerosas iglesias.

La devoción a la Santísima Virgen se ha acrecentado desde el descubrimiento hasta nuestros días siempre de un modo creciente; culminando

en la grandiosa semana mariana que recientemente se ha celebrado en La Habana.

Por todos estos motivos, veréis con cuanto regocijo me uno a este congreso para cantar las glorias de nuestra madre celestial y para hacer votos a fin de que las conclusiones del mismo y la glorificación que se le tributará a la Santísima Virgen, hagan descender abundantes gracias del cielo, para que con la ansiada paz, que tanto anhela la humanidad, vengan días de verdadero fervor cristiano y de acercamiento a Jesucristo de todos los pueblos, guiados por su Vicario en la tierra, el Papa".

11) Allocutio Reipublicae Argentinae legati

Legatus Reipublicae Argentinae, Ex.mus Dom. Maximus Etchecopar, praesentes nomine suae nationis his verbis allocutus est:

"En este concierto de voces que pregoman la fe y devoción de todo el mundo católico a María Santísima, no podía faltar la representación del pueblo argentino de rancia y profunda raigambre mariana.

Al asistir a esta sesión inaugural del congreso internacional mariológico de Roma, donde tomaran parte los teólogos más destacados del mundo en el campo de mariología, dirigimos un cordial saludo a todos los congresistas, en nombre del pueblo argentino que se halla plenamente identificado con los demás pueblos católicos en los mismos sentimientos de fe y devoción a la augusta Madre de Dios en el misterio de su gloriosa asunción a los cielos. Una prueba de ello la tenemos en el congreso asuncionista franciscano de la América latina celebrado en Buenos Aires a fines de 1948; en el cual se dió el caso verdaderamente excepcional que el gobierno del presidente Perón, recogiendo e interpretando el anhelo del catolicismo argentino dictase un decreto de adhesión al congreso, firmado por el primer mandatario, en el cual el general Perón reitera ante la Santa Sede su petición acerca de la definición dogmática de la asunción de la Santísima Virgen como una aspiración nacional, que eleva como ofrenda por la paz mundial.

Esta devoción mariana de la Argentina y esta su fe en la asunción de Nuestra Señora a los cielos, no es solamente de estos últimos tiempos, porque la vocación mariana de la América española nació con el arribo a las playas del nuevo continente de las carabelas de los primeros conquistadores; muestra palpable de este sentimiento misionero mariano a que me refiero es por ejemplo en mi patria el nombre dado a su capital por los fundadores de la ciudad: 'Santa María de los Buenos Aires'.

Y desde entonces la devoción a la Virgen Santísima ha sido patrimonio del pueblo argentino que siempre ha asociado sus grandes gestas a alguna

de las advocaciones de la excelsa Madre de Jesús, y que la ha escogido como celestial patrona de la república bajo la advocación de Nuestra Señora de Luján.

Por todas estas consideraciones la nación argentina expresa su cálido aplauso a este congreso mariológico que con universal júbilo será coronado con la proclamación del dogma de fe de la asunción de María a los cielos, y así el presente Año Santo adquirirá el carácter mariano que el general Perón pedía en carta dirigida a Su Santidad el 8 de diciembre de 1948".

12) *Allocutio Columbiae legati*

Columbiae legatus, Ex.mus Dom. Aloysius Ignatius Andrade, ad salutem nomine nationis suae congressui dandam, ita locutus est:

"Eminentísimos, Excelentísimos e Ilustrísimos Señores!

No he tenido la satisfacción de presentar todavía mis credenciales como embajador de Colombia ante el Romano Pontífice. Mas, invitado a presenciar este bello certamen de amor a la reina del cielo y madre nuestra, saludo en nombre de mi Gobierno y de mi pueblo el venerable congreso mariológico internacional, formulo votos por el brillo de las conclusiones a que ha de llegar y agradezco como católico fervoroso todos los actos que sirven de natural precedencia a la proclamación del dogma de la asunción de la Virgen María.

Declaro que he asistido a esta solemne ceremonia con honda delectación, y que he experimentado la emoción más profunda al escuchar los cánticos entonados por todos vosotros en demanda de la divina asistencia para el éxito deseado en las deliberaciones del congreso, y luégo las oraciones académicas de profundo valimiento teológico e impecable literatura, con que los dos eminentes oradores sagrados han abierto las sesiones de esta memorable asamblea. Mi emoción de católico colombiano ha llegado a lo inefable, al saborear los discursos que en diversas lenguas han pronunciado los dignísimos representantes de varios gobiernos, entre los cuales destaco el de mi ilustre colega el Excelentísimo Señor embajador de España, cuyos conceptos y sentimientos hago míos, de mi gobierno y del pueblo colombiano. El ha interpretado con precisa fidelidad y diserto lenguaje el alma templada en la fe de Jesucristo de todos los pueblos que nacieron a la vida de la civilización por el influjo de la madre España, cuya herencia veneramos. Así lo han ratificado en sus elocuentes salutaciones los embajadores de Chile, el Perú, Cuba y la Argentina. Es el común sentir de todos los países ibéricos, que emulan en la profesión y defensa de la fe religiosa.

Colombia es nación esencialmente mariana. En todas sus provincias mis compatriotas han elevado santuarios de veneración a la Virgen María, cuyos favores desde el descubrimiento de América hasta los azarosos días presentes, han llovido caudalosamente sobre nuestro pueblo y orientado nuestro destino espiritual; no existe ciudad, pueblo, aldea ni hogar cristiano donde no se rinda a la Santísima Virgen la devoción que corresponde a la corredentora del humano linaje.

Por todo ello en estos días se alzan himnos de amor a nuestra madre de uno a otro confín de mi patria, y será entusiasta el aplauso de cuanto hagáis en homenaje a ella, ! Oh ilustres miembros de este magno congreso mariológico internacional!".

* * *

Dum singulorum legatorum verba magna cum attentione audiebantur, cuique sponte in mentem illud dictum propheticum Evangelii veniebat: "Beatam me dicent omnes generationes". Antequam viri docti in sacra doctrina, theologi ex variis nationibus incepérunt arduas quaestiones mariologicas ad trutinam revocare, omnibus apparuit ut summe opportunitum atque haud parvi momenti quod locuti sint ipsimet nationum legati, qua testes illius animae christianaे naturaliter marianaе, in qua speciale tabernaculum Virgini dedicatum reperitur; qua testes illius pii fidelium sensus populique christiani, cuius non tantum aures audire, sed et mentes cogitare aliquid contra Deiparam effugiebant ac reformidabant, cuiusque cor inexplicabili laetitiae sensu repletum erat de Virginis praerogativis et excellentia verba audiendo.

Quapropter R. P. Balić nomine totius congressus summas gratias excellentissimis ornatissimisque oratoribus palam exhibuit, insuper adnotando tres ex illis non potuisse venire, sed et qui vice illorum adessent congressui miserunt et ulterius litteras scripserunt, idque sequentis tenoris.

13) Assensiones legatorum Hollandiae, Hiberniae, Angliae et Belgii

Legatus Hollandiae, Ex.mus Dom. Marcus van Weede Jonkheer:

"J'ai l'honneur d'accuser réception de l'invitation que vous avez voulu m'adresser en date du 17 octobre dr. Prot. N. 719/50. A mon regret je me vois empêché de m'y rendre ayant déjà disposé autrement de l'après-midi du 23 octobre. Veuillez agréer, Révérend Père, les assurances de ma considération très distinguée".

Hiberniae legatus, Ex.mus Dom. Ioseph Patritius Walshe:

"Ho ricevuto la Sua graditissima lettera del 17 corrente e desidero esternarLe tutta la mia riconoscenza per la squisita cortesia con cui Ella ha voluto invitarmi a presenziare l'inizio del congresso mariologico e per le sincere espressioni avute per la mia nazione.

Mi reputo onoratissimo dell'invito e tanto volontieri avrei voluto porgere il benvenuto ai congressisti, ma proprio in questi giorni si trovano a Roma per lucrare il giubileo un gran numero di irlandesi e tra i quali molti vescovi, rappresentanti del governo e il pellegrinaggio nazionale irlandese e mi è veramente impossibile far mancare a loro la mia continua assistenza. Mi creda, perciò, sono assai dolente di non presenziare l'apertura di un sì importante congresso”.

Angliae legatus, Ex.mus Dom. Ioannes Victor Thomas Perowne:

”La ringrazio sentitamente per la Sua lettera Prot. N. 720/50 del 17 ottobre invitandomi ad intervenire all'inizio dei lavori del congresso mariologico il 23 ottobre.

Mentre Le sono molto grato per le Sue gentili parole in merito alla mia nazione, sono dolentissimo di dover farLe sapere che purtroppo non mi trovo in grado di accettare l'invito”.

Legatus Belgii, Ex.mus Dom. Alexander Paternotte de La Vaillée:

”Je vous remercie vivement de votre lettre du 17 octobre par laquelle vous me priez d'assister à la séance d'ouverture des travaux du congrès marial qui se tiendra le 23 octobre à 16 heures.

Mon état de santé ne me permettant pas de sortir ces jours-ci, je ne pourrai malheureusement pas m'y rendre. Toutefois j'ai chargé le Comte d'Aspremont Lynden, attaché d'ambassade, d'y assister à ma place”.

Prolusio R. Dom. Philips

At congressum scientifica prolusione inaugurandum R. Dom. Gerardus Philips, professor in universitate lovaniensi, relationem habuit: ”De electione beatae Mariae virginis”, praeclera verba Pii IX enucleandum proponendo: ”Ineffabilis Deus... ab initio et ante saecula unigenito Filio suo Matrem, ex qua caro factus in beata temporum plenitudine nasceretur, elegit atque ordinavit, tantique prae creaturis universis est prosecutus amore, ut in illa una sibi propensissima voluntate complacuerit...”. — En brevis synthesis doctrissimae elucubrationis: 1) Secundum hanc doctrinam Deus matrem Filii sui ab aeterno elegit et ordinavit, amavit et pro munere suo privilegiis ornavit. Agit Pius IX de solo ordine historico, nec de hypothesibus curat, et reponit Mariam diserte in oeconomia christologica. Sic apparet ut praecipua creatura, simul cum Filio suo praedestinata; 2) In oeconomia salutis Maria stat ex parte nostra, ut Filium Dei cum stirpe adamitica redimenda connectat. Aliunde se tenet ex parte Christi et signat totalem discontinuitatem cum statu pristino, quia ut nova Eva incipit ordinem restaurationis, libera sua fide et obedientia; 3) Intentio Dei in realitatibus gratiae concretizatur. Gratia Mariae autem ordine distat, non solum a gratia Christi, quae est ”gratia Unigeniti et Capitis”, sed etiam a gratia nostra, quae est ”adoptivorum et membro-

rum", dum Mariae donum est formaliter "gratia matris Redemptoris". Assertum patet ex indole personalistica gratiae; 4) Thesis corroboratur tripliciter ex S. Thoma. Sicut gratia Christi per unionem hypostaticam, ita gratia Mariae ex maternitate divina exigitur, dum nostra nullo modo est exigibilis. Gratia Christi comportat visionem comprehensoris; nostra in obscuritate fidei remanet, dum gratia Virginis ei confert inamissibiliter exceptionalem intelligentiam mysterii. Sicut gratia Christi in omnes homines redundant, ita analogice etiam gratia Matris eius, quae consensu suo ad opus redemptionis immediate cooperata est; 5) Thesis denique comparatur cum recentiore quadam explicatione, quae partes Mariae in redēptione nimis ad munus passivum et redēptivum restringit. Huc autem redit principium assertionis: Dei praedestinantis intentiones sunt de se effectrices et in gratiae donis ontologicum sibi constituunt substratum.

* * *

Terminatis clamoribus et admirationibus, director laborum congressus, R. P. Carolus Balić, O.F.M., finem huic memorabili sessioni posuit diligentiam clarissimi professoris lovaniensis quoad tempus praescriptum servandum laudibus extollens illumque omnibus tanquam exemplar exhibendo tum propter brevitatem tum propter orationis diligentem elaborationem.

2. - *Dies secunda, 24 octobris*

Aula magna Pont. Athenaei Lateranensis hac etiam die theologis, qui mane variis in sectionibus studio quaestionibus marianis operam dede-
runt, et aliis permultis refertissima erat. Inter ecclesiasticos praelatos sessioni adfuerunt, inter alios, Ex.mi Dom.: Harscouët, Addazi, Bartolomasí, Vanni, Tonna, Cheikho, Stephanus Katcho, ep. tit. arsamosatenus et auxiliaris pro Mossul Ex.mi Dom. Ioseph VII Ghanima, patriarchae babylonensis chaldaeorum, Moreno, Vieira Alvernaz, Nuti.

*

Haec autem plenaria sessio prolusione R. P. Caroli Boyer, S. I., secre-
tarii Pont. Academiae Romanae S. Thomae Aquinatis, studiorum prae-
fecti et professoris in Pont. Univ. Gregoriana, cui titulus: "Réflexions sur la corédemption de Marie", inaugurata est. — Clarissimus orator, nonnullis reflexionibus maximi momenti de munere B. V. Mariae corre-
dempricis praemissis, conceptum corredemptionis, quae quidem coopera-
tionem in ipso actu redemptivo Christi implicat, accurate determinavit.
Significationis huius fundamenta deinde validissimis documentis, e tradi-

tione atque recentioribus magisterii doctrinis erutis, comprobare sagedit. Eundem conceptum tandem analysi subiecit consensum B. V. Mariae in mortem sui divini Filii premens et concludens Deum humanum genus per Christum natura humana imbutum redimere voluisse, cuius sacrificium tamen per unam feminam de nostro genere adsistentem offerri quoque debuit.

R. P. Aloysius Ciappi, O. P., prof. in Pont. Athenaeo Angelico, deinde hoc thema evolvit: "De cooperatione B. V. Mariae in mysterio humanae salutis iuxta doctrinam S. Thomae et commentatorum ex Ordine Praedicatorum". — Doctrina S. Thomae hac de materia sic breviter enuntiari potest: Solus Christus est mediator perfectus et principalis redemptor, qui de condigno satisfecit pro offensa totius generis humani, et immediate solvit pretium redemptionis ac efficaciter physice, instrumentaliter gratias salutis in omnes homines effundit; beata autem virgo Maria est vere et proprie mediatrix, sed secundum quid, seu dispositive et ministerialiter; perfectior tamen quam caeteri, tum quoad rationem medii, tum quoad officium coniungendi. Hoc officium Virgo adimplevit: 1) merendo de congruo ut fieret Mater Dei, merendo portare pretium redemptionis; habens meritum martyris cum Filio patiendo; 2) satisfaciendo sufficienter, imperfecte pro offensa totius generis humani; 3) offerendo sacrificium crucis, non proprie seu externe, sed spiritualiter; 4) solvendo pretium redemptionis, non immediate, sed mediate. Maria est etiam universalis dispensatrix gratiarum, non per redundantiam efficientiae, sed per intercessionem moraliter omnipotentem.


Commentatores autem — Caietanus, Medina, Nazarius, Ioannes a S. Thoma, Gonet, Gotti, Billuart — concorditer docent: 1) Mariam esse mediatrixem proprie, sed dispositive tantum et ministerialiter; 2) Virginem non satisfecisse, nec unquam potuisse satisfacere de condigno pro offensa totius generis humani, sed solum de congruo; 3) Mariam meruisse de congruo gratias salutis; in alio ordine, scil. in quo peccatum non esset, potuisset mereri de condigno gratiam; 4) Mariam non esse proprie redemptricem, sed sensu lato et secundum quid.

Concludendo P. Ciappi dicit doctrinam S. Thomae plene respondere documentis ultimis Summorum Pontificum ac ditionem apparere illa suorum interpretum.


Cathedram deinde ascendit R. P. Ioannes Fr. Bonnefoy, O.F.M., olim professor in Pont. Athenaeo Antoniano, qui sub titulo: "Le mérite social de Marie et sa prédestination", meritum sociale B. V. Mariae explorare intendit. — Maxima pars studiorum — aiebat clarus orator — circa meritum sociale Mariae versantium aspectum anthropocentricum pae-

se fert et restringitur ad functionem corredemptricis generis *humani*. Magni autem momenti est meritum sociale Virginis eminentiore sub aspectu, et quidem theocentrico considerare, in luce scilicet praedestinationis aeternae B. Virginis. Conclusiones, quae ex hac sublimiore consideratione relate ad principia seu fontes, amplitudinem et valorem intrinsecum meriti socialis Mariae consequuntur ita redigi possent: 1) Contra modum loquendi illorum auctorum, qui fontem meritorum Virginis ad intercessionem tantum eiusdem Virginis restringere conantur, ex analogia fidei ad eminentiorem omnium actorum Virginis valorem meritorum, etsi respectu diversarum operationum et passionum inaequalem, agnoscendum invitamus; 2) Circa amplitudinem gratiae Mariae dicendum ipsam, suo modo et ordine, contribuisse ad praedestinationem angelorum fidelium et ad gratias actuales, quibus eorum salus praeparata et confirmata est. Simili modo meritum Mariae respectu hominum tam amplum est ut illud Christi, prout documentis a Sede Apostolica datis sufficienter probari potest. Iusti utriusque Testamenti, protoparentibus non exceptis, sicut Christo Redemptori, itidem Mariae corredemptrici debitores censeantur oportet; 3) Meritum tamen Mariae merito Christi comparari nequit: Christus, qui Deus est, meruit de condigno, Maria autem, cum tantum creatura sit, solum de congruo mereri potest. Insuper, cum Maria omnem gratiam a Christo acceperit, Christus solus est causa principalis. Maria corredemptrix non facit Christum corredemptorem tantum: unicus quidem mediator inter Deum et homines Christus remanet. Ad modum conclusionis orator profert, quod si terminus corredemptrix exactus est, nullo modo tamen integrum meritorum Virginis efficientiam exprimere valet; angeli enim per merita Mariae salvati, stricte dicendo redempti praedicari non possent.

Partes B. M. Virginis in reconciliatione humani generis cum Deo per universalem mediationem, Christo tamen subordinatam et sic secundariam tantum, R. P. Angelus M. Campanale, C. M., professor in studio C. M., sua dissertatione illustrare sategit, quae inscribitur: "Maria mediatrice universale di tutte le grazie". — Terminum mediatricis accurate examinando, eum merito ab omnibus fere acceptum esse affirmat, quum tum distributionem omnium gratiarum tum corredeptionem et co-operationem in opere salutis optime exprimat. Mediatio B. M. Virginis, praeciso sensu secundaria et subordinata, una cum Christi primaria et absoluta mediatione, a qua mediatio Mariae dependet, est consideranda. Ideoque merita B. Virginis de congruo tantum ad opus reparacionis contulerunt, dum Christus de condigno promeruit. Quoad efficaciam mediationis virginalis, fontibus theologicis diligentius perscrutatis, probare intendit veritatem adagii: "Quod Deus imperio, Tu prece, Virgo, potes!". Quod



28. - Die 25 octobris: Episcopi orientales disserente Ex.mo Dom. Gregorio Hindié




29. - Die 27 octobris: E.mus Dom. Maximus card. Massimi praeest sessioni una cum
Ex.mo Dom. Valerio Valeri, Ex.mo Dom. Alejandro Vachon et R. P. Carolo Babić



30. - R. P. Gulielmus Henrich, S. I., die 27 octobris, relationem legit




31. - Auctoritates sessioni plenariae diei 27 octobris adstantes. Inde a dextra: E.mus Dom. Gregorius Petrus XV card. Agagianian, E.mus Dom. Benedictus card. Aloisi Masella, Ex.mus Dom. Franciscus Borgongini Duca




32. - Die 28 octobris: praesides sessionis, dum de laboribus in sectionibus peractis relations leguntur. Inde a dextra: R. P. Mauritius Gordillo, S.I.; R. P. Hugo Lang, O.S.B.; Ex.mus Dom. Rodulphus Harscouët; R. P. Narcissus García Garcés, C. M. F.; R. P. Carolus Balić, O.F.M.



33. - Die 28 octobris: Relationes de laboribus sectionum auscultantur



34. - Aspectus aulae, dum relationes sectionum particularium leguntur



35. - Aula ubi sectio Pont. Instituti Orientalis habita est

relate ad distributionem gratiarum una cum S. Bernardo hoc principio enuntiatur: "Sic est voluntas Dei, qui totum nos habere voluit per Mariam". In extremum mediationem universalem B. M. Virginis, secundum expositam significationem, theologice certam et definibilem de fide esse asserit, quam ob rem petitionem collectivam totius congressus mariologici-mariani internationalis ad Summum Pontificem transmittendam proponit pro dogmatica definitione doctrinae a theologis mature elaboratae de Maria mediatrice universalis omnium gratiarum!

Coronidis instar R. P. Ioannes Diamond, S. I. professor in studio theologicō S. I., locutus est: "De connexione inter mariologiam et caeteras theologiae partes", investigationes suas triplici aspectu resumendo: 1) De mariologia relate ad methodum theologicam; 2) De mariologia relate ad doctrinas iam cognitas et stabilitas; 3) De mariologia relate ad progressum theologicum. — Ad primum quod attinet, doctrina de assumptione Virginis illustrat optime: *a)* methodum illam sic dictam regressivam, qua a praesenti fide Ecclesiae incipitur, ut postea origo et fons investigetur; *b)* argumentum ex sensu fidelium, qui est tanquam norma quaedam veritatis; *c)* argumentum illud celebre "potuit, decuit, ergo fecit", quod etsi ubique et semper applicari nequit, cum agatur de privilegiis marianis (immaculata conceptio, assumptionis) una cum sensu fidelium principium validum est; *d)* interpretationem pleniorē S. Scripturae, quae in mariologia preeminent. — De secundo punto loquens tria exempla profert: doctrinam de reali et consubstantiali humanitate Christi, quae demonstratur ex maternitate Virginis; de unicitate personae in Christo; de relatione gratiae ad peccatum originale, quae ex doctrina de immaculata conceptione clarius manifestatur. — Ultimo loco exponit, quomodo dogmata mariana de immaculata conceptione et assumptione corporea dirigant mentes theologorum, qui de aliquibus quaestionibus magis solliciti sint quam de aliis. Ita dogmatica definitio assumptionis, quae oppositionem protestantium provocavit, invitat theologos ut quaestiones de regula fidei, de progressu theologicō et de sic dicta evolutione dogmatica ad trutinam magis revocent; definitio immaculatae conceptionis occasionem praebuit ut magis evolverentur quaestiones de connexione inter gratiam, integratem et immortalitatem. Doctrina mariologica de corredemptione Virginis nos movet ad profundius conceptum redempcionis examinandum. Dogma assumptionis nos obligat, ut conditiones corporis resurrecti inquiramus.

*

Ad finem huius sectionis R. P. Balić in memoriam revocat magnos mariologos quos Anglia christiana et catholica olim dedit atque votum exhibet ut generatio praeiens vestigia maiorum premat. Insuper animad-

vertit problema centrale congressus esse "quaenam et cuiusnam generis partes B. Virgo habuerit in acquisitione et distributione gratiarum" atque peculiarem commissionem instituit ut hac in re votum nomine omnium exhibeat. Porro, socii commissionis sunt: RR. PP. Bonnefoy, Bover, Gagnebet et Hupperts.

3. - Dies tertia, 25 octobris

Ad mensam praesidii huius sessionis iuxta E.mum Dom. Iacobum Carolus card. McGuigan, archiep. torontinum, aderant Ex.mus Dom. Ioseph VII Ghanima, patriarcha babylonensis chaldaeorum, una cum Ex.mo Dom. Gregorio Hindié, archiep. aleppensi armenorum, Ex.mo Dom. Angelo Bartolomasi, archiep. tit. petrensi in Palaestina, et R. P. Carolo Balić, O.F.M., praeside Academiae Marianae, qui in universum sessionum generalium moderator erat. Inter alios praelatos numerandi sunt Ex.mi Dom.: Nissan, Tonna, Vanni, Nuti, Baldini, Cheikho, Katcho, Ioannes Hanssens, ep. tit. birtensis et auxiliaris ruremondensis, Kedigian. Numerus magnus adfuit eorum, qui quaestionibus theologiae orientalis operam dant et eorum qui ad ritus orientales pertinent.

*

Ordinem relationum egregius mariologiae cultor, R. P. Ioseph Bover, S. I., professor in studio theol. S. I., aperuit, de celebri illa quaestione disserendo cui iam anno 1942 sub titulo: "Deiparae Virginis consensus corredemptionis ac mediationis fundamentum" totum opus consecraverat. Nunc autem, secundum novam evolutionem problematis, clarissimus orator quaestionem ponit: "Virginis consensus fuitne vera corredemptio?". — Praemissis quae in quaestione eliminanda videntur, quia vel aliena, vel iam nota, vel minus necessaria sunt, hoc inquirendum esse proponit: utrum Virginis consensio directam seu immediatam cooperationem importet. Quaestione ita posita, de tribus sermonem facit: 1) de cooperacionis directa immediatione; 2) de cooperationis qualitate; 3) de cooperationis proprietate.

Primum punctum evolvens demonstrat cooperationem potuisse immediatam esse, quod omnibus clarum esse supponit; fuisse reapse immediatam, quod probatur ex specifica consensionis natura. Consensionis enim causalitas non quemlibet effectum attingit, qui ex illa forte derivari queat, sed illum tantum effectum qui re vera intenditur, cuius nimurum gratia ipse consensus exposcit. In eiusmodi effectum intentum consensionis causalitas directa seu immediata moraliter aestimatur. Iam vero Virginis consensus ipsum humanae salutis opus respexit et intendit, quod quidem facile demonstratur.

Asserta morali et directa Virginis ad opus redemptionis cooperatione, ulterius quaeritur: utrum fuit simplex an qualificata quaedam cooperatio quae com-patratio appellatur. Intima redemptionis natura explorata, clarissimus orator censem probabilitatem etiam com-patrationem dici posse.

Ultimo in loco, admissa Virginis cooperatione attentoque nominis usu, corredemptionis nomen demonstrat non esse aut improprium aut vitandum. Corredemptio Virginis, etsi Christi redemptioni minime aequetur, cum qua analogice tantum convenit, est tamen singulariter eminentia, qua bene intellecta fieri potest ut in ea agnoscenda mariologi concordent.

Corredemptionis virginalis naturam R. P. Reginaldus Gagnébet, O. P., prof. in Pont. Athenaeo Angelico, conatus est elucubrare, in dissertatione quae inscribitur: "Difficultés sur la corédemption. Principe de solution?". — Sententiis nonnullorum, qui verum corredemptricis munus B. M. Virgini attribuere recusent, vel illud ad deprecativam intercessiōnem tantum restringere conentur, recensisit, difficultates duas afferit: 1) Merita quibus Virgo posset concurrere ad redēptionem obiectivam sunt effectus meritorum Christi, quibus constituitur ista redēptio obiectiva; 2) Cooperatio Mariae vel nihil addit redēptioni Christi, et tunc inutilis; vel aliquid addit, et tunc redēptio esset insufficiens: quod nemo admittit. Clarissimus orator principium solutionis peti posse asserit a distinctione variorum sensuum, quibus sumitur vocabulum meritum; quibus enumeratis asserit ad cooperationem B. V. Mariae redēptioni obiectivae stabilendam non requiri quod actus Christi theandrici pendeant ab ipsa tanquam a causa morali neque tanquam a parte cuiusdam "principii totalis cum Christo" redēptionis nostrae, sed sufficere, quod actibus propriis sese uniat actibus Christi redēptivis uti "coadiutrix et socia" et sic acquirat ius, subiective sumptum et non strictum, ad dona quibus alii homines sanctificantur vel sanctificari possent.

Sic intellecta corredemptione orator asserit difficultates cessare. Nam, quoad primam sufficit animadvertere, quod principium extrinsecum meritorum Mariae, id est actus Christi theandrici, non attribuitur eius merito; ad ius tamen subiectivum et morale acquirendum ad dona quae salutem hominum efficiunt, sufficit ut ipsa ad actus Christi theandricos, quibus honorem laesum Patris reparavit et nobis omnia bona acquisivit, actus suos adiungat.

Quoad secundam difficultatem dicendum, quod ex parte obiecti nihil addit cooperatio Virginis redēptioni Christi, ideoque homines essent redēpti etiam si Maria non cooperavisset; sed ex parte subiecti ad ius strictum Christi additur ius morale B. V. Mariae proveniens tam obiective quam subiective a meritis Christi, et sic fit ei debita liberatio generis humani: "Sicut adiutrix redēptionis per compassionem ita mater fieret

omnium per recreationem: et sicut totus mundus obligatur Deo per suam passionem, ita et Dominae omnium per compassionem” (S. Albertus).

R. P. Chrysostomus de Pamplona, O.F.M.Cap., prof. in studio theol. sui Ordinis, Pamplonae: ”De divina maternitate ad corredeptionem et maternitatem spiritualem relata” sermonem coram habuit. — En schema acroasis: Quidam theologi censem ex maternitate divina, cuius terminus est Christus, caput corporis mystici, certo deduci Mariam esse matrem nostram spiritualem, maternitate quam regenerationis vocant.

Hoc et similia argumenta vitio laborant, quod non satis in iis atten-ditur ad duplum sensum omnino diversum, secundum quem Christus dicitur caput et nos sumus cum eo coniuncti, et consequenter in illis identificantur, at immerito, haec duo: vi incarnationis nos Christo incor-porari, et: vi incarnationis nos in Christo regenerari et convivificari. Haec immerito affirmari probatur ex Patribus, ex encyclica *Mystici cor-poris* atque ex theologis hac in re versatissimis, uti videtur ex locutionibus quorundam Patrum atque ex Pii X testimonio, quae examini sub-iciuntur.

Postea R. Dom. Henricus Franciscus Davis, professor in universitate birmingamiensi, sermonem fecit de: ”Doctrina mariana cardinalis New-man”. — ”Tota gloria Mariae propter Filium”. En principium doctrinae marianaee Newman postquam catholicam fidem amplexus est, etsi ut acatholicus huic doctrinae restiterat, putans illam esse contra traditionem et Scripturam. Postquam manum Mariae in sua conversione ad fidem patrum expertus est, semper docuit principia theologiae marianaee in Ecclesia catholica formata testes esse unitatis Ecclesiae. Ecclesia semper fuit mariana et signum quo Ecclesia vera a falsis distinguitur est devotio et reverentia Ecclesiae erga Matrem Christi, eius fiducia de Mariae meritis et intercessione. Ecclesia Mariam primis saeculis ut novam Eram agnovit, post concilium Ephesinum ut ”theotokon” immenso cum gudio salutavit; immaculatam deinde definivit et hodie assumptam in caelum suis filiis credendam proponet. Identitas principiorum marianorum signum est identitatis Ecclesiae, quae semper idem credidit; signum unitatis Ecclesiae omni tempore, cum semper sibi constans sit in sua doctrina mariana. Iesus, Mariae filius, qui fidelibus proponitur ut cibus, et Maria, eiusdem mater nutritia, inseparabiles sunt: ”Tota gloria Mariae propter Filium!”.

Ultimus cathedram ascendit Ex.mus Dom. Gregorius Hindié, archiep. aleppensis armenorum, qui de cultu Mariae a mahometanis in Syria exhibito, per pulchram relationem habuit, quae inscribitur: ”Le culte de la T. S. Vierge chez les musulmans de Syrie”. — Quum per universum

orbem circa tercenti millones Mahometi fidelium numerentur, minime negligendum quid haec hominum permagna moles de sanctissima Virgine sentiat. Nam et illi censendi videntur inter illas nationes, de quibus Maria in suo cantico dixerat: "Ecce enim beatam me dicent omnes nationes!". In libris sacris mahometanorum doctrinae mariologicae de peccato originali et immaculata conceptione, de peccato actuali, de virginitate Mariae, de eius dignitate in caelo, de eius excelsa maternitate elementa inveniri possunt. Mahometi fideles in Syria Mariam cultu prosequuntur, uti demonstrant visitationes in ecclesiis, ubi aliqua imago miraculosa Mariae colitur, visitationes in domibus privatis, ubi similes imagines Virginis inveniuntur; idem dicunt vota in honorem Mariae emissae, numerosa ex-voto ecclesiis donata, preces ad beatam Virginem magna cum devotione effusae, etc.

Concludendo dicendum quod, etsi conversio mahometanorum iuxta adagium, communiter recitatum et per experientiam saeculorum confirmatum, quasi impossibilis videatur, spes tamen de successu adhuc affulget, si ad hoc opus attingendum intercessionem protectricem et mediatrixem B. Virginis intermittere conaremur. Hoc opus incipiendum cum propagatione cultus mariani, qui a spiritu mahometano alienus non est!

*

Ad finem huius relationis quae ab omnibus attento animo maximaque delectatione audita fuit, ita ut E. mus Dom. cardinalis praesidi effectivo congressus haud veritus sit dicere illud Evangelii verbum: "Quare bonum vinum conservasti usque adhuc?", praeses nomine omnium huiusmodi redegit votum, ut catholici studio acerrimo prosequerentur mundum mahometricum, et ut beatissima virgine Maria, quae omnes in toto mundo haereses interemittat, propugnatrice, catholici viri magis magisque studio operam darent illis numerosissimis infidelibus qui prophetam Mahometum venerantur, ut per Mariam in cognitionem ipsius Iesu Christi, veri Dei verique Deiparae filii, pervenirent.

4. - *Dies quarta, 26 octobris*

Coram numerosissimo et selecto auditorio sessionem, post ritualem orationem, R. P. Narcissus García Garcés, C.M.F., Societatis Mariologicae Hispanicae praeses, sua prolusione: "De immaculato Corde B. M. Virginis seu quid veniat nomine cordis et quodnam sit obiectum proprium eius salutiferae devotionis" inauguravit. — Criteriis de valore vocis "cor" et obiecto cultus cordis immaculati accurate analysi subiectis, orator cor physicum B. M. Virginis esse obiectum nostrae devotionis validissimis

argumentis demonstrat, non propter organicas excellentias vel officia de quibus, si comparatio instituatur cum aliis organis, disputandum erit, sed propter rationem symboli quam ipsi omnes cum fundamento attribuunt. Veneramur cor physicum, quia et in quantum est symbolum et amoris et vitae intimae universae. Sed symbolum reducitur ad categoriam symbolizati, quod propria excellentia et honore decorat rem signantem vel symboli elementum materiale. Unde et cor physicum in constituenda devotione cordis immaculati B. M. Virginis habet rationem obiecti formalis; per se enim una cum vita symbolizata determinat et specificat devotionem; dum enim vivit et significat per se vitam affectivam, etiam quasi per se attingitur, cum amorem et vitam intimam veneramur; at si attingitur quasi per se, est obiectum quasi formale.

Cordis symbolici elementum formale, seu quid significet cor physicum, analyzingando, amplissimam cordis Mariae significationem eruit: est enim centrum omnium gratiarum et virtutum, atque primum et generale principium eius salutiferi concursus cum Christo et sacrae consociationis cum Spiritu Sancto in salute nostra inchoanda et perficienda. Unde nomine Cordis immaculati intelligimus principium universale vitae interioris B. Virginis vitamque eius universam: vitam affectivam naturalem quae in Maria ordinatissima et supernaturalizata erat; vitam spiritualem tum intellectus tum voluntatis actus complectentem et quidem tum ordinis supernaturalis tum ordinis naturalis, licet in concreto vel in individuo actus humanus non elevatus ad ordinem supernaturalis in B. Virgine cogitari non possit; vitam stricte supernaturalis sive in suo principio, sive in actuazione propria. In suo principio dicitur, ut innuatur plenitudo gratiae B. Virginis propriae; gratia vero est germen evolucionis, impulsus ad assequendas metas sublimes. Et actuazione propria, exercitio nempe omnium virtutum et concursu ad mysteria Christi, praesertim ad hominum redemptionem.

Motus mariologici recentibus temporibus exorti evolutionem et documenta R. P. Laurentius Di Fonzo, O.F.M. Conv., secretarius Pont. Academiae de Immaculata, summarie recensere contendit, relatione ditissima, quae "Ragguaglio mariano" est inscripta. — Omnia, quae in campo mariologico, ultimis praesertim annis foecundissimo, sive per associationes mariologicas in diversis nationibus erectas sive in congressibus nationalibus et internationalibus celebratis sive in litteratura scientifica, quæstiones mariologicas exagitante, producta sunt, per ordinem recensuit. Ad doctrinam quod attinet, nostri temporis theologi praesertim in maternitatis divinae, mediationis et corredemptionis doctrinis investigandis immortalia merita acquisiverunt; speciali mentione dignus ille labor, cui non post multos dies Summus Pontifex coronam immarcescibilem addet,

gloriosam beatae Mariae virginis assumptionem corpoream in caelum tanquam dogma fidei proclamando.

Ad ultimum disserens de problematibus, quae in futurum maturius perpendenda, orator affirmat immensum ipsum progressum in studiis mariologicis ubicumque terrarum factum pignus quam validum esse via recta nos incedere insimulque stimulum fortissimum constituere pro laboribus in futurum perficiendis.

Magna cum attentione audita est relatio R. P. Martini Jugie, A. A., professoris in Pont. Athenaeo Lateranensi et noti scriptoris, cui titulus: "La fête byzantine de la conception de sainte Anne". — Festum die 9 decembris celebratur. Originem minime habuit ante institutionem festi nativitatis Mariae, quod in secunda medietate saeculi VI celebratum invenitur; prima enim documenta de festo diei 9 decembris initio saec. VIII apparent. In menologiis et synaxariis nomen tum "festi conceptionis S. Annae", tum "conceptionis Matris Dei", tum "annuntiationis conceptionis sanctae Deigenitricis", tum denique "annuntiationis sanctorum iustorum Ioachim et Annae" obtinet. Similis nominum varietas in homiliis oratorum sacrorum invenitur. Etsi nomen "festum conceptionis S. Annae" de facto in libris liturgicis praeevaluerit, aliud quoque, "festum conceptionis Matris Dei", media aetate tum apud graecos, tum apud slavos frequens fuit. Erraret tamen, qui festum byzantium nostro festo de immaculata conceptione omnino correspondere censeret. In festo quidem orientali triplex elementum est distinguendum: miraculosa annuntiatio conceptionis Mariae S. Ioachim et S. Annae per angelum facta; conceptio activa in utero sterili; conceptio passiva, id est Maria concepta, Maria quae exsistere incipit. Quorum primum videtur, sub influxu apocryphi II saec., quod "Protoevangelium Iacobi" nuncupatur, institutionem festi determinasse. Secundum vero, item ab apocryphis erutum, parum a poëtis sacris et oratoribus curatur. Tertium e contra elementum fuit principale, cui poëtae et oratores sacri studuerunt, qui initialem sanctitatem Matris Dei, id est immaculatam eius conceptionem, immunem a primo instanti ab omni labe, celebrarunt. Festum ergo conceptionis incrementum minime sub influxu theologicarum praeoccupationum, in medio pugnarum et controversiarum, sicut in Occidente accidit, habuit, sed est manifestatio pietatis mariana, quae occasionem dogmaticis manifestationibus præbuit, quae expresse sanctitatem initialem Mariae declararunt; haec tamen ante festum admissa erat.

Ill. mus Dom. Caietanus Di Sales, legatus pii motus internationalis "Pro regalitate Mariae", in dissertatione "Vierge au globe", de revelationibus S. Catharinae Labouré anno 1830 factis locutus est. Huic sanctae virginis commissum fuit munus pervulgandi ideam de immaculata conceptione

Mariae: Virgo enim illi apparuit conterens caput serpentis, et voluit ut invocaretur sub titulo "sine labe concepta"; de mediatione universalis: Virgo intercedit apud Deum pro omnibus et ipsa gratias omnibus distribuit; de regalitate Mariae: Virgo apparuit in manu orbem terrarum tenens, quod eius imperium denotat.

Ill.mus Dom. Quintus Tosatti, Reipublicae Italicae senator, doctam prolusionem deinde habuit: "L'assunzione di Maria, universale mediatrice, nel poema di Dante". — Dantes explicite in XXV Paradisi cantico profitetur duas tantum personas corpore et anima in caelo inveniri, Christum nempe et Mariam. In poëmate Maria indissolubiliter unitur Christo in mediatione et gloria. Ab ipsa enim initium Dantis salus sumpsit, in ipsa iter Dantis terminatur, cum ipsa visionem essentiae divinae ipse obtinet. Dantes in omnibus doctrinae S. Bernardi, qui docet Deum omnia nos habere voluisse per Mariam, adhaerere videtur. Beata enim Virgo in momentis dramaticis poëmatis ad instar mediaticis et exempli apparet: "chi a te non ricorre, sua disianza vuol volar senz'ali".

Dantes, Aristotelis discipulus, animam esse formam substantialem corporis tenet; in resurrectione tantum corporum persona humana redintegratur in suam plenitudinem spiritualem et corpoream. Maria hac praerogativa iam pollet et Dantes in cantu XXII contemplatur assumptionem Virginis, non tamen de terra in caelum, sed ab octavo caelo in Empireum, id est a mundo creato ad caelum increatum: "al ciel che è tutta luce":

In hoc eodem caelo triumphus Christi universalis mediatoris celebratur, qui postquam in caelum superius ascenderat, Virgo sola remanet in medio caeli, lumine corusca, caelitibus illam reginam et matrem ovantibus. Virgo demum, ab angelo lucis diademate coronata, ad altissima caeli ascendit, caelitibus antiphonam resurrectionis "Regina caeli" cantantibus.

Denuo Dantes Mariam in altissimo caelestis aulae gradu vidit, in solio auriflammeo præfulgentem, angelicis choris redimitam; eam poëta cum Bernardo enixe rogat et exstatice contemplatur, antequam oculi eius essentiam Dei videant.

Ex quo patet quomodo Dantes omnia elementa traditionis assumptionisticae poëtice et genialiter expressit.

R. P. Ioseph Bover, S. I., qui pridie consensus B. V. Mariae naturam fuse illustraverat, "De analogia in mariologia" sermonem habuit. — Affirmat saepè confusionem in mariologia ob applicationem analogiae oriri, eo quod non omnes eandem significationem terminis dent. Ideo, præscindendo a controversiis diversarum scholarum theologicarum, significationem terminorum imprimis determinat. Deinde, postquam dixerat

analogiam posse esse intrinsecam et extrinsecam, attributionis et proportionis, in mariologia admittit illam intrinsecam sive attributionis sive proportionis. De principio dein loquens analogiae illud dicit fundari in analogia proportionis. Valorem demonstrativum principii mariologici ex analogia in fine comprobare satagens argumentationis validae et invalidae exempla plura affert, ex quibus clare apparent utilitates mariologiae e principio analogiae provenientes.

*

In fine R. P. Balić edixit se valde contentum esse in hodierna sessione duos non "ecclesiasticos" viros de beatissima Virgine sermonem habuisse. Insuper nuntium praebet "laicos" doctos viros locuturos in congressu mariano et rationem profert quomodo sine ulla sua noxa factum sit quod non plures in congressu mariologico adessent.

5. - *Dies quinta, 27 octobris*

Iam vidimus quomodo prima die aula magna Pont. Athenaei Lateranensis nimium angusta apparuit, ut omnes theologos ex toto fere orbe terrarum congregatos recipere posset. Et si diebus subsequentibus continuo haec ampla sollemnisque Urbis aula semper referta dici poterat, hac die reapse refertissima erat. Ad mensam praesidii iuxta E.mum Dom. Maximum card. Massimi, Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae praefectum, stabant Ex.mus Dom. Valerius Valeri; S. Congr. pro Ecclesia Orientali adsessor et Comitatus Centralis pro Anno Sancto praeses, Ex.mus Dom. Alexander Vachon, archiep. ottaviensis et praeses comitatus permanentis pro congressibus eucharisticis internationalibus, una cum R. P. Carolo Balić, O.F.M., qui suum munus moderatoris sessionum perpetuo exercuit ad terminum cuiusque relationis eiusdem argumentum in epitomen bene cogens varii generis animadversionibus additis. Porro, huic sollemnissimae sessioni praeter E.mum Dom. Maximum card. Massimi, aderant quoque E.mi principes Benedictus card. Aloisi Masella et Gregorius Petrus XV Agagianian, patriarcha Ciliciae armenorum, una cum nuntio apostolico in Italia Ex.mo Dom. Francisco Borgongini Duca et plusquam viginti quinque archiepiscopis et epis copis, inter quos non pauci ex Oriente, qui E.mum Dom. Gregorium Petrum XV Agagianian sunt secuti.

*

E.mus Dom. Maximus card. Massimi primus in hac sessione verbum fecit thesim: "La Vergine e l'Eucaristia" evolvendo. — Definitione assumptionis omnes devotionis mariana formae novam vitalitatem acci-

pient, quod quidem etiam pro devotione eucharistica mariana auspicandum, de qua nunc sermo nobis. Non sumus extra viam — dixit — si in congressu mariologico hac de materia loquimur, cum inter Mariam et Eucharistiam intimus nexus habeatur.

Ad quem nexus illustrandum in liturgia tum latina quam byzantina valida prostant argumenta. In liturgia latina ex breviario, ex missali et ex orationibus post missam adducuntur argumenta. Meliora tamen in illa byzantina inveniuntur, ex qua tria extollenda momenta: 1) in praeparanda materia sacrificii sacerdos iuxta panem qui Christum significat et alium ponit, qui Mariam in memoriam revocat, cum dicit: "Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato"; 2) infra missam plures Maria commemoratur, post consecrationem vero pulcherrimus hymnus marianus cantatur; 3) in officio communionis omnem cantum eucharisticum stropha mariana consequitur.

His argumentis historica quoque adiunguntur, praesertim ex exemplo S. Alphonsi et B. Petri Eymard.

Naturam porro nexus utriusque termini examinando in memoriam revocat Eucharistiam esse Iesum velatum, Iesum sacramentatum. Inter ipsam et Mariam nexus idem existit uti inter filium et matrem. Jesus ita velatus a matre immense amatitur, neque ullus Eucharistiam melius cognoscit quam Maria. Cor Mariae ad Eucharistiam vertitur, ideoque Maria semper nos invitat: *a)* ad tabernaculum, ubi filius suus hac in terra remanet; *b)* ad altare, in quo renovatur sacrificium crucis, cui ipsa, mater sacerdotis et victimae, fortiter adstitit et filium offerendo mediatrix nostra effecta est; *c)* ad mensam eucharisticam, in qua filium suum recipimus, consciī communionem ipsi, quae Iesum genuit, deberi.

In hoc exemplo Mariae fulcimur, quae ultimo vitae suaे tempore altissimam vitam eucharisticam ducebat. Dum, proinde, cor nostrum ad Mariam elevatur, ad Eucharistiam anhelet, ut in nobis et in omnibus Eucharistia regnet: *Adveniat regnum tuum eucharisticum!*

*

Ad terminum huius doctissimae atque ab innumerabili fere selecto que auditorio magna cum attentione animique delectatione auditae relationis, R. P. Balić animadversiones practicas addidit circa "nova et vetera" quae in congressu mariologico romano prolata sunt. Et postquam in memoriam revocavit opinionem quam mane nomine totius sectionis hispanicae R. P. Marcellianus Llamera, O.P., exhibuit, et iuxta quam B. Virgo de condigno meruit quidquid Christus nobis promeruit, nunc perstringens argumentum diligenter ab E.mo Dom. Cardinali elaboratum, magno cum animi moerore palam ostendit quomodo oblivione obruitur illa relatio inter Mariam et Eucharistiam, de qua sermonem

faciunt Acta Apostolorum cum Matris Dei mentionem faciunt occasione fractionis panis, et de qua scholastici auctores cogitando illud notum syllogismum effecerunt: "Caro Christi caro est Mariae; atqui caro Christi in caelo resuscitata regnat; ergo caro Mariae haud veribus poterat esse tradita". Quod ratiocinium, mox proclamandum assumptionis dogma in memoriam revocans, magno clamore consensuque adstantium salutatum fuit.

*

Merita Italiae circa assumptionem Mariae decursu saeculorum acquisita R. P. Gabriel Roschini, O.S.M., vicepraeses Pont. Academiae de Immaculata, in relatione, quae "L'Assunta e l'Italia" inscribitur, perstringere conatus est. — Historia dogmatis brevi proclamandi necnon cultus et artis assumptionisticae nominibus italicorum magnae famae glorificatur, ita ut Italia "Nazione dell'Assunta" nominari possit. Orator, se ad rapidam factorum celeberrimorum recensionem restringi fatens, in memoriam revocat: primum auctorem, qui doctrinam de assumptione virginali sufficienter explanaverat, fuisse S. Ambrosium, ep. mediolanensem; primam nationem, quae in Occidente festum assumptionis Mariae celebraverat, italicam fuisse; neminem ex plusquam centum theologis italicis, qui de assumptione tractarunt, inveniri qui mysterium assumptionis negaverit vel in dubium tantum revocaverit; primam petitionem pro assumptione definienda Roma, circa medium saec. XVIII cura P. Shguanin, O.S.M., ad Sedem Apostolicam pervenisse; inter ducentos concilii Vaticani patres, qui petitionem pro assumptione definienda subscripserunt, medium circiter partem italicos fuisse; tres motus assumptionisticos, tropeanum nempe, pompeianum et veronensem viris italicis deberi; primam ephemeridem assumptionisticam *L'Assunta* cura praeclari viri Costa anno 1916 in Italia prodidisse.

De operibus artium et manifestationibus folkloristicis verbum fugaciter faciens orator affirmat tum artes omnes tum populum italicum in suo folklore Virgini assumpta pulcherrimos fructus sui ingenii dedicasse. A S. Ambrosio ad romanum Pium XII — conclusit P. Roschini — catena perpetua habetur, quae Italiam ad Assumptam stricte unit.

Haud aliis competentia maiore illustrissimo coetui theologorum "De motu assumptionistico hodierno" retulisset quam R. P. Gulielmus Henrich, S. I., quem hac de re copiosa "Petitionum de assumptione corporea in caelum definienda ad S. Sedem delatarum" volumina edidisse omnibus constat. — Memoratis libello R. P. Shguanin ad Clementem XIII, postulatis archiepiscopi mechliniensis et episcopi osmensis ad Pium X, reginae Isabel petitione, congressibus marianis Lugduni, Fri-

burgi, Romae, Einsiedlini, Caesaraugustae, Salisburgi, Treviris celebratis, statisticam petitionum ad 1940 usque annum ad S. Sedem transmissarum synopsim suscepit illustrandam. Durante hoc saeculo plus quam duo millia quingentae petitiones cardinalium atque episcoporum ad S. Sedem delatae sunt, in quibus plus quam mille tercentae petitiones episcoporum residentialium, qui octingentas viginti sedes occupabant, i. e. circiter septuaginta tres partes centesimas (73%) omnium sedium totius orbis; praeterea triginta novem petitiones facultatum theologicarum, etc., plus quam octoginta millium sacerdotum et religiosorum, et plus quam octo millionum fidelium.

Statim post publicationem voluminum "Petitionum" nova atque fortissima incipiebat periodus motus assumptionistici, ex qua breviter clarus orator haec affert, nempe: brevi intervallo ultimi quinquennii delatae sunt petitiones a quinquaginta tribus conciliis nationalibus atque synodis dioecesanis, conferentiis annuis episcoporum atque congressibus cum votis plus quam octingentorum quinquaginta cardinalium atque episcoporum, et quidem ab episcopatu unito sexdecim nationum.

Idem fecerunt moderatores supremi omnium ordinum clericalium atque fere omnium congregationum ecclesiasticarum nomine plus quam ducentorum millium suorum sodalium. Magnus quoque est consensus theologorum ultimis quinque annis, manifestatus petitionibus collectivis ducentarum universitatum, facultatum theologicarum, academiarum, seminariorum maiorum, etc., duodeviginti disputationibus academicis sollemnibus, duodecim congressibus theologicis scientificis marianis vel assumptionisticis.

Post litteras encyclicas *Deiparae Virginis* 1 maii 1946 a Pio XII editas, ex episcopis residentialibus responderunt usque adhuc mille ducenti triginta duo, i. e. nonaginta octo partes centesimae (98%). Magni momenti quoque est statistica de responsis ecclesiarum orientalium, quia non defuit, qui difficultates pro christianis separatis ex nostra definitione forte oriundas timeret: omnia tamen responsa quinquaginta quinque patriarcharum et episcoporum residentialium diversarum ecclesiarum orientalium sunt positiva (uno solo excepto). Iure ergo oratori interrogare licuit: "Ubi unquam, quando unquam, ante formalem definitionem dogmaticam, talis aderat consensus, non solum moraliter, immo quasi mathematice unanimis omnium episcoporum residentialium... caeterorum ordinariorum et episcoporum... omnium moderatorum supremorum ordinum religiosorum... omnium theologorum diversorum ordinum, diversarum 'scholarum', quae dicuntur? Ipsa quoque responsa eorum praelatorum, qui conscientia duce difficultates atque dubia manifestaverunt, certo etiam secundum divinae providentiae consilium ad hoc my-

sterium assumptionis melius glorificandum inserviunt. Etenim haec responsa dubitativa luce clarius demonstrant: episcopos omnes summa cum libertate Summo Pontifici respondere potuisse, quo fit, ut consensus omnium aliorum adhuc luculentior atque solidior appareat?".

In fine clarissimus orator votum exhibuit, quod R. P. Balić tanquam proprium totius congressus fecit, ut nimirum nomine omnium congressum et omnium illorum qui unquam ad Sedem Apostolicam preces miserint pro definienda veritate assumptionis Pontifici gloriose regnanti, Pio XI, papae mariano per excellentiam, summae agerentur gratiae quod dignatus sit illud tam ardens votum ad effectum deducere ad maiorem Dei gloriam et utilitatem Ecclesiae militantis.

R. P. Germanus Giovanelli, O.S.B.M., ex abbatia cryptoferatensi, amplam praebuit explanationem de cultu Deiparae in hymnographia byzantina, quae inscribitur: "Il culto della Madre di Dio nell'innografia bizantina". — Cultus Virginis primis saeculis ob persecutiones absconditus post victoriam christianismi in lucem venit omnibusque in terris propagatus est. Poësia et musica insimul cum aliis artibus Virginem glorificandam sibi honori esse duxerunt. Ex eo quam maxima diffusio hymnorum sacrorum in quibus componendis S. Gregorius Nazianzenus, S. Methodius, S. Sophronius insudarunt. Sed, cum classica arte compositi essent, populo simplici non placuerunt paulatimque tantum in usu ecclesiastico remanserunt. Hymnographi byzantini ad usum populi novam poësiam crearunt, quae saeculis V-IX maxime floruit. Habemus "troparia", parvas compositiones, in quibus eminent poëtae Anthimus et Theocle; "contacia", quorum maximus compositor fuit S. Romanus, qui plusquam mille contacia composuit, et quidem pro omni occasione; "canonem", quem invenit S. Andreas Cretensis, sed qui meliores poëtas habuit in S. Ioanne Damasceno, Iosepho Hymnographo et S. Cosma de Maiumá; "theotokion", compositionem poëticam exclusive in honorem Virginis.

In omnibus his hymnis post Deum principalem locum obtinet B. Virgo. Omnia privilegia Mariae, eius mysteria, eius festa, omnia momenta eius vitae in hymnis decantata sunt, saepissime magna cum unctione, elevatione poëtica et praecisione theologica: immaculata conceptio, nativitas, praesentatio, purificatio, mors et assumptio, dolores in vita et gloria in caelo, maternitas, mediatio, corredeemptio.

In fine orator exempla practica pro diversa specie hymnorum attulit.

R. Dom. Paulus Assemanni, procurator Ex.mi Dom. Antonii Petri Arida, patriarchæ antiocheni maronitarum, investigationem, quae inscribitur: "La devozione dei maroniti alla Madonna, provata dai libri liturgici", legit. — Devotio mariana maronitarum, quae semper viva ab initio

fit, singulariter in mysterio maternitatis divinae nititur. Praecise quia mater, Maria est etiam nostra corredemptrix, nostra advocata dispensatrixque gratiarum. Liturgia maronita testimonium est optimum de cultu mariano. Orator adduxit textus: *a*) ex missali, qui leguntur in praeparatione ad missam; ad Gloria; in festis Mariae; in anaphora feriae sextae maioris hebdomadae; *b*) ex breviario pro festis Mariae, quae sunt 7, inter quae illud assumptionis; *c*) ex rituali pro festis vestis Mariae et SS. Rosarii. Hi textus bene comprobant devotionem maronitarum erga Mariam et zelum in magnificandis gloriis illius, quam ut patronam caelestem, sub titulo Nostrae Dominae de Libano, invocant.

*

Occasione sermonum R. P. Giovanelli et R. Dom. Assemani, R. P. Balić nomine totius congressus suam admirationem erga mundum orientalem marianum palam exhibuit, commemorationem faciens S. Germani, Andreeae Cretensis, Damasceni, et antea adhuc S. Ephraem aliorumque tot doctorum atque scriptorum in Oriente christiano, qui suis homiliis ac scriptis glorificarunt Matrem Dei, votum exhibens ut mox, B. Virgine Maria patrocinante, fieret unus pastor et unum ovile!

B. - SESSIONES SECTIONUM PARTICULARIUM

Congressum in triginta et duas sectiones dispergitum esse animadvertingendo multi haud dubitarunt metum timoremque suum palam manifestare relatores sectionum particularium absque auditoribus remansuros. At, hunc timorem vanum minimeque fundatum fuisse effectus probavit. Etenim, non obstante continua acquarum intemperie, viginti et quinque amplae recentissimae pulcherrimaeque aulae Pont. Athenaei Lateranensis una cum septem aliis Urbis aulis quotidie tam magno numero participantium refertae erant, ut folia diurna Urbis de plusquam duobus millibus theologorum qui in congressu mariologico romano partem sumpserant iure meritoque sermonem facere potuerint.

Nam, si prae oculis habeatur Urbem totius christianitatis centrum esse, in quo maxima pars ordinum religiosorum curiam generalem, viris doctis ex diversis nationibus compositam, habent, Romaeque tot universitates pontificias, ad quas alumni ex omnibus partibus mundi magno in numero confluunt, inveniri; si insuper consideretur congressum celebratum fuisse occasione sollemnis proclamationis dogmatis assumptionis Mariae in caelum, numerosissimosque Ecclesiae principes, patriarchas, archiepiscopos, episcopos aliosque magnos et illustres viros catholicos ad hanc singularem festivitatem in Urbem confluxisse, facili negotio intelligi poterit quomodo aulae omnium triginta duarum sectionum auditoribus refertae, immo aliquoties refertissimae esse potuerint.

Neque oblivioni tradendum curatores aliquarum sectionum particularium Romam peregrinos adduxisse, ut, e. g., fecerunt montfortani ex Belgio et Hollandia, qui numerosissimos peregrinos, inter quos eminebant quamplurimi viri docti ecclesiastici, in sectione propria auditores habuerunt.

Quaevis autem natio, ordo vel congregatio religiosa, societas mariana vel institutum aemulatione quadam sancta efficere conati sunt, ut auditorium electum et numerosum allicerent, ut propria sectio praesentia quoque auctoritatum ecclesiasticarum et civilium cohonestaretur et denique, ut sedes sectionis quam pulcherrima evaderet.

Nihil itaque mirum, si non una sectionum auditores habuit Ecclesiae cardinales, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, nationum apud S. Sedem legatos, Urbis et status italicci auctoritates. Ita, e. g., sectionem canadensem praeter Ex.mum Dom. Vachon, archiep. ottaviensem, adiebunt Ex.mi Dom.: Philippus Servulus Desranleau, ep. sherbrookensis, et Arcturus Douville, ep. S. Hyacinthi. In sectione italicca ipsem et E.mus Dom. Clemens card. Micara die 25 toto tempore matutino adstitit atque

praesentes pulcherrimo allocutus est sermone. Lusitanam sectionem praesentia sua coherestarunt Ex.mi Dom.: Antonius Valente da Fonseca, ep. villaregalensis, Sebastianus Soares de Resende, ep. beirensis, et Ioseph Vieira Alvernaz, ep. coccinensis. Sectionem Americae septentrionalis visitavit Ex.mus Dom. Ioannes Hamletus Cicognani, archiep. tit. laodicensis in Phrygia et delegatus apostolicus in Statibus Foederatis, Leo Binz, archiep. tit. syliensis et auxiliaris debuquensis. Illam Commissionis Marialis Franciscanae Internationalis frequentarunt Ex.mus Dom. Albertus Gori, patriarcha hierosolymitanus, Ex.mi Dom. Vanni et Nuti. In sectione universitatis internationalis "Pro Deo" deputati italici Cecconi, Martini, Momoli et alii magni et illustres viri partes habuerunt.

In sectione Americae meridionalis praesentes fuerunt Ex.mi Dom. episcopi: Berrios Gainza, Camargo, Moreno, Uriarte et legati apud S. Sedem nationum argentinae, chilenae, aequatoriana et peruviana, Ex.mi Dom.: Maximus Etchecopar, Aloysius Subercaseaux Errazuriz, Carolus Emmanuel Larrea et Philippus Portocarrero, deinde Ill.mus Dom. Alfridus Barros Errazuriz, ex-senator et legatus universitatis catholicae S. Iacobi in Chile.

Sectioni Pont. Instituti Orientalis adfuerunt Ex.mus Dom. Ioseph VII Ghanima cum omnibus episcopis armenis et chaldaeis Romae praesentibus.

Sectionem franciscanam praesentia sua coherestavit verbaque in illa protulit ipsem E.mus Dom. Clemens card. Micara, deinde Ex.mi Dom.: Vanni, Berrios Gainza, Nuti, Uriarte. Sectionem carmelitanam eius praeses honorarius E.mus Dom. Adeodatus Ioannes card. Piazza invisit; illam vero Clericorum Regularium a Matre Dei Ex.mi Dom.: Carolus Baldini, ep. clusinus et pientinus, et Alphonsus De Sanctis, ep. tudertinus. Sectionis sacramentinae laboribus adfuerunt E.mi Dom. cardinales: Benedictus Aloisi Masella, Maximus Massimi, Gregorius Petrus XV Agagianian, patriarcha Ciliciae armenorum, Thedosius Clemens de Gouveia, archiep. de Lourenço Marques, Emmanuel Arteaga y Betancourt, archiep. S. Christophori in Habana; Ex.mi Dom.: Ioseph VII Ghanima, patriarcha babylonensis chaldaeorum cum aliis episcopis orientalibus, Iacobus Lerario, archiep. ravennatensis, Alphonsus De Sanctis, et alii. In sectione hibernica praesentes erant Ex.mi Dom.: Ioannes Mc Quaid, archiep. dublinensis et primas Hiberniae, Jeremias Kinane, archiep. casheliensis, et Patritius Finbarro Ryan, archiep. Portus Hispaniae, deinde Ex.mus Dom. Ioseph Patritius Walshe, legatus Hiberniae apud S. Sedem, et Ex.mus Dom. L. Devlin, legatus hibernicus apud gubernium italicum, aliquique illustres viri religiosi et civiles. In sectione hungarica aderat Ex.mus Dom. Iulius Apor, quondam legatus Hungariae apud S. Sedem; et ita porro.

Neque silentio praetereundum haud paucas sectiones librofum imaginumque spectaculo et pompa animos movisse, invitasse atque affectasse. Ita, e. g., sectio Clericorum Regularium a Matre Dei pulcherrimam expositionem libri mariani apparavit (in Piazza Campitelli 9), ubi opera typis data vel multa manuscripta auctorum Ordinis, inter quos certe eminet suis numerosissimis operibus clarissimus Marracci, attentioni visitantium oblata erant. Sectio redemptorista in propria aula expositionem valde utilem ac splendidam libri mariani Congregationis Redemptoristarum praeparavit, inter quos animos omnium attraxerunt primae editiones celebris S. Alphonsi libri: *Le glorie di Maria*. Sectio sacramentina expositionem artisticam photographicam exhibuit de themate sectionis: "Maria et Eucharistia", quae in aditu ad aulam videbatur. In summo portarum imago B. V. Mariae, quae divino Filio campum frumenti offert, admirationi erat.

In omnibus sectionibus imagines B. V. Mariae expositae erant. In sectione claretiana principem locum occupabat imago immaculati Cordis Mariae; in Redemptoristarum sectione illa Mariae Perpetuo Succurrentis; in sacramentina statua nostrae Dominae a SS. Sacramento exposita erat; in sectione salesiana imago Virginis quae "Auxilium Christianorum" nuncupatur, etc.

R. P. Carolus Balić, qui qua praeses effectivus congressus omnes fere sectiones invisendi ac salutandi studio adierat, suam admirationem expressit pro hac sancta aemulatione in Virgine glorificanda gratias agens omnibus qui operam suam praebuerunt, ut sectionum labores quam maxime fructuosi evaderent. Praesides autem variarum sectionum tum occasione adventus R. P. Balić tum aliis rerum adjunctis testimonium palam reddiderunt singulos socios summa laetitia affectos esse, quod illis licuit in hoc congressu B. V. Mariae dicato partes habere.

Porro, ut in programmate indicatum fuit, sectiones particulares diebus 24 - 26 octobris, mane hora 9,30, unaquaeque in aula sibi destinata superiusque nominata, sessiones suas habuerunt. Diebus vero 27 et 28 octobris sessiones speciales generales etiam mane, hora 9, in aula magna Pont. Athenaei Lateranensis, locum habuerunt, in quibus legati singularum sectionum de laboribus in eisdem peractis relationem congressui dederunt.

Die 27 octobris locuti sunt legati sectionum, quas societas mariologicae constituerunt, id est sectionis belgo-hollandicae, canadensis, gallica, hispanicae, italicae, lusitanae, Americae septentrionalis, Commissionis Mariialis Franciscanae Internationalis; die autem 28 octobris delegati sectionum aliter constitutarum, id est sectionis universitatis "Pro Deo", Americae meridionalis, Pont. Instituti Orientalis, dominicanae, francis-

canae, carmelitanae, mercedariae, servitanae, Ordinis Clericorum Regularium a Matre Dei, redemptoristarum, montfortanorum, sacramentinorum, claretianae, salesiana, croatae, germanicae, hibernicae, hungaricae, polonae et slovenae.

Hanc singulorum legatorum relationem in sequentibus praebemus censentes neminem aptius quam legatos ipsarum sectionum de laboribus et successibus in illis patratis verbum facere posse.

I) SECTIONES PARTICULARES A SOCIETATIBUS MARIOLOGICIS CONSTITUTAE

I. - *Sectio belgo-hollandica*

De activitate "Dierum Marialium" belgo-hollandicarum deque rebus ab earundem societate in romano congressu praestitis R. Dom. Aloysius van Hove, eiusdem societatis praeses, exhibuit amplam relationem:

"Parva territoria et exiguae nationes non ita facile sibi comparare valent propter res praestitas celebritatem; unde et societas mariana communiter 'Dies Mariales de Tongerlo' nuncupata et lingua utens neederlandica, scilicet quae vix extra Hollandiam et dimidiam Belgii partem auditur, minus per universum nota videtur quam similes societates et academieae quae in maioribus exstant regionibus. Ad ipsam sane nostram societatem minime pertinet propria celebrare merita, cum nemo propheta acceptus sit in patria sua et humilitas virtus sit quae etiam mariologos deceat; veritas historica tamen praeteriri non potest, ipsam multis aliis, immo forsan omnibus similibus, esse antiquitate praestantem. Quare opportunum visum est huius congressus marialis internationalis moderatoribus, ut in praesenti plenaria sessione brevis, at satis completa relatio de belgo-hollandicae societatis mariana origine, historia et activitate exhiberetur. Dum benevolam invitationem ad nostram societatem missam huic internationali congressui participandi, devictis non paucis obstaculis, libenter et grato animo accepimus, mihi munus est demandatum dictam relationem conficiendi ac vestrae benignissimae attentioni praesentandi.

Prima idea quotannis celebrandarum sessionum in quibus a theologis varia beatae Mariae virginis privilegia scientifico subcientur examini, nata est anno 1931 — honor cui honor! — in celebri ac florentissima abbatia praemonstratensi in Tongerlo sita, qui pagus est in septentrionali Belgii parte, non ita longe ab urbe Antverpia distans. Statim opera nonnullorum theologiae professorum ac mariologorum ex clero tum saeculari tum regulari permanens consilium seu comitatus est constitutus qui intentum executioni mandaret, et iam ipso anno 1931, a die 21 ad diem 23 septembries, prima sessio in abbatia tongerloensi haberi potuit.

Non obstantibus conatibus interdum, in initio praesertim, a nonnullis institutis ut mariologia magis populari modo in sessionibus exponeretur, quo agendi modo maior auditorum numerus obtineri posset, consilium moderatorum constanter voluit ut character stricte dogmaticus et scientificus communicationum servaretur. Bis tamen, at bis tantum, exceptio est propter peculiaria adiuncta admissa ac coetus

minus stricte scientifici et magis populares sunt habiti. Quod prima vice factum est anno 1943, eo fine ut sensus et modus consecrationis erga cor Mariae immaculatum apud clerum lucidius explanarentur, altera autem vice anno 1949, cum solemnissimae festivitates mariales Antverpiae per modum iubilaei mense augusto celebratae aptissimam exhibere viderentur occasionem fidelibus etiam laicis penitorem cognitionem praecipuorum Matris Dei privilegiorum tradendi. In hoc duplice casu, ad praecavendam damnosam confusionem, coetibus nomen habituale 'Dies Mariales' non est datum, et appellatio praevaluit 'Conventus mariales a comitatu Dierum marialium instituti'.

Dies mariales quotannis absque interruptione celebrati sunt ab anno 1931 ad annum 1938, et quidem in abbatia tongerloënsi, generatim in fine augusti aut initio mensis septemboris, occasione feriarum autumnalium. Impediti autem sunt anno 1939 propter tempora incerta ac exercitus congregationem quae vulgo 'mobilisatio' nuncupatur; item per belli annos mox subsequentes, salva paulo supra memorata exceptione, dum anno 1943 sub auspiciis nostrae societatis Lovanii, in antiqua universitatis catholicae civitate, actum est de consecratione erga cor Mariae immaculatum. Anno 1946 feliciter reassumi potuerunt et habiti rursus sunt Lovani, perdurante adhuc difficultate pro plerisque participantibus sese ad pagum tongerloëensem conferendi. Anno 1947 omissi sunt, ne, celebrato tunc congressu mariali internationali in Maastricht (in Hollandia), alter conventus successui alterius obstaret. Anno 1948 iuxta probatum iam morem rursus celebrati sunt in abbatia tongerloënsi, et anno 1949 eorum locum conventus mariales iam memoriati, laicis etiam admissis, Antverpiae impleverunt, sicuti anno currenti participatio ad praesentem romanum congressum.

Decies igitur, Deo Mariaque faventibus, regulariter sessiones 'Dierum Marialium' per tres dies sunt habitae. In quibus sermonem de Mariae dignitate ac titulis habuerunt, praeter alios quosdam viros scientia et pietate mariana spectabiles, professores ex universitatibus romanis, lovaniensi, noviomagensi, amstelodamensi et friburgensi, necnon ex maioribus Belgii et Hollandiae seminariis ac ex facultatibus theologicis plurium ordinum et congregationum religiosarum. Auditores autem fuere, laicis exclusis, tum sacerdotes tum seminariorum alumni e clero saeculari, tum religiosi ad plus quam 20 ordines et congregations pertinentes. Quibus regulariter facultas est oblata, communicationibus absolutis, quaestiones oratoribus ponendi ac discussiones de rebus tractatis instruendi. Sincero cum gaudio ac devota gratitudine moderatores impresestiarum in mentem revocare meo ore voluerunt non paucos episcopos et abbatiarum praesules sessionibus benevolenter adfuisse, qui immo interdum verbis ad admirationem exprimendam et animum adiiciendum coetum paterne alloqui non sunt dediti.

Ut synthetico modo et brevi conspectu pateat quaenam fuerit nostrae societatis scientifica activitas, iuvat nunc obiectum seu materias in singulis sessionibus tractatas paucis verbis indicare.

Anno 1931, tum ob requisiti temporis spatii defectum tum quia moderatores, viam inquirentes, nondum definitam ac stabilem agendi rationem admiserant, singulis oratoribus largissima facultas data erat materiam tractandam eligendi. Actum tunc ideo est de diversissimis ad mariologiam spectantibus argumentis, sci-

licet de mediatione Mariae iuxta recentiorum theologorum doctrinas, de maternitate divina ut est fons cæterorum Mariae privilegiorum, de assumptione Mariae prout tractatur in operibus card. Newman, de beatae Virginis merito, de relationibus inter Mariam et Ecclesiam, de relationibus inter Mariam et sanctissimum missae sacrificium, de servitute amoris ad mentem S. Ludovici Mariae Grignion de Montfort, ac denique de praedicatione mariali.

Annis vero subsequentibus prævie habita est consilii moderatorum congregatio, quae thema generale proximae sessionis statueret cum modo illud distinctis lectinibus evolvendi, ac oratores invitandos eligeret, singulis suam partem proponendo. Sic ab anno 1932 ad annum 1938 successive tractatum est de Maria nova Eva (1932), de Mariae virginitate ante partum, in partu et post partum (1933), de eius gloriosa assumptione (1934), de beata Maria regina (1935), de maternitate divinâ (1936), de Mariae sanctitate initiali seu immaculata conceptione (1937) ac denique de eius gratiae plenitudine (1938). Post interruptionem bello turbatisque temporibus tribuendam, anno 1946 expositae sunt partes Mariae in ipso opere redēptionis et anno 1948 eiusdem partes in gratiarum dispensatione. Insuper in singulis sessionibus per modum proœmii traditus est syntheticus conspectus bibliographicus indicans præcipua quae per annum modo elapsum de Maria eiusque dotibus ac privilegiis dicta sint in documentis magisterii ecclesiastici et in dissertationibus theologicis, et proinde progressum mariologiae manifestans: quae bibliographica critica non parvam valet studiosis præebere utilitatem.

Brevi hac descriptione ad anteactos annos pertinenti satis patet firmum nostrum propositum integrum doctrinam mariologicam scientifice considerandi et exponendi. Revera iam etiam cogitatum est de futuro, ac consilio moderanti occasione data nova proposita sunt exhibita circa argumenta quae manent tractanda.

Simul sperare liceat mox integrum existere summam marialem lingua neederlandica exarata. Summam marialem dico, materiali vocis sensu. Activitas enim nostra quibusdam lectionibus ac orationibus non absolvitur, at singulis annis, post ipsam sessionem, liber memorialis in lucem editur, typis mandatum referens, et quidem ex integro, lectionum traditarum textum. Decem proinde volumina iam prodierunt, non in numero computatis duobus quae iuxta supra dicta, ad conventus mariales lovaniensem et antverpiensem sub auspiciis nostrae societatis habitos spectant. Quorum quaedam exemplaria adhuc venalia prostant. Faxit Deus ut incepit opus mox ad honorem Deiparae et ad maiorem eius dignitatis cognitionem perficere atque completere valeamus, sperantes illud verae utilitati fore omnibus qui mariologicis studiis incumbunt, immo sacerdotibus universim.

Scientifica methodo iugiter voluit, ut iam notatum est, nostra societas uti, firma cum spe vere ad progressum scientiae mariologicae conferendi. Quare singula argumenta enumerata tractata sunt iuxta rationem quae communiter in scientia theologica ad veritates scrutandas et stabiliendas adhibetur, nullis neglectis subsidiis quae ad profundiorem doctrinae intellectum conducere valent: notiones scilicet enucleantur, examinatur doctrina sacrae Scripturae ac traditionis, exponitur quidnam proponat magisterium Summi Pontificis et episcoporum ac quoniam sensu hoc sit intelligendum, ope philosophiae veritates altiore ratione exprimuntur, discussio subiunguntur placita theologorum, perpenditur valor rationum theologica-

rum, ostenduntur nexus intercedentes inter varia Mariae privilegia, parallelismus inter christologiam et mariologiam existens illustratur. Haec enim omnia recta completaque methodus theologica expostulat.

Non tamen pietas ac devotio penitus negliguntur. Quo neglectu scientia nimis esset humanae menti arida et vix esset proficua. Dum nempe theoreticae seu stricte dogmaticae sunt pleraeque lectiones, una vel altera, illa praesertim qua sessioni finis imponitur, magis vitam christianam respicit et, fundata sane in solida doctrina, oratorio modo exponit quanam ratione veritates mariologicae in vitae praxim influere valeant. De caetero per integrum sessionem animus et cor nutrimentum accipiunt ex pia athmosphaera, ut ita dicam, quae abbatiale claustrum circumvolvit, ex delecto ornatu imaginis beatae Mariae virginis in aula lectionum appositae, ex cantibus marialibus aut aliis diversi generis artis manifestationibus quibus tempus praesertim serotinum iucunde honestatur, ex fraterna participantium conversatione. Nec certe praetereundus est conspicuus splendor missarum pontificali ritu celebratarum aliarumque sollemnitatum liturgicarum. Sic scientiam et pietatem in salutarem synthesim conati sumus coniungere, memores iam olim 'theologiam mentis ac cordis' esse a quibusdam propositam.

Si decursu 20 circiter annorum societas marialis belgo-hollandica quaedam utilia praestare potuit, consilium moderatorum successum humiliter tribuere non dubitat omnibus sibi tam benevolenter auxiliantibus, id est tum doctissimis theologiis strenuum laborem pro sessionibus habendis nunquam recusantibus, tum etiam personis in alta dignitate constitutis quae eminenti patrocinio et aptis consiliis sustentaculo nobis fuerunt. Inter quas pree caeteris aequum est cum vero gratitudinis sensu nominare E.mum ac R.mum Dom. cardinalem archiepiscopum mechlinensem, qui non semel incepta nostra probavit paternam simul benedictionem impertiens, neconon R.mum Dom. abbatiae tongerloensis praelatum, qui munus praesidis ad honores in nostra societate dignatus est assumere. Nec defuit, ut satis manifeste decursu brevis historiae nostrae apparuit, copiosissima caelestis benedictio, cuius omnimodam necessitatem nos docet Psalmista exclamans: 'Nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt qui aedificant eam' (Ps. 126, 1). Ad hoc supernum patrocinium nobis comparandum, curavimus ut in pluribus domibus religiosis sacrificia et preces statis temporibus Deo Mariaeque offerantur pro inceptorum nostrorum felici exitu. Supernaturali hoc modo pree caeteris validissimo adiutorio nobis fuit ac iugiter etiam est quidam conventus religiosarum contemplationi deditarum, quae, divinum officium in choro recitantes, quotidie Nonam ad nostram intentionem pie devoteque recitant.

Restat ut in altera huius relationis parte dicamus de iis quae in hoc ipso romano congressu a societate mariana belgo-hollandica sunt praestita.

Voto satisfacientes moderatorum Academiae Marianae, argumentum generale elegimus singularem beatae Mariae virginis missionem. Cum autem opportunum visum est praeter sacerdotes ac sacrae theologiae alumnos etiam fideles laicos ad nostras congregations admittere, materiam ita evolvere intendimus ut utrique auditorum generi proficuae valeant esse oratorum elucubrationes, quatenus, ut ipsissimis verbis utar S. Gregorii papae, materiae 'expositio ita nescientibus fiat cognita, ut tamen scientibus non sit onerosa'. Ad propositum argumentum evol-

vendum apte *syntheticus* et *synopticus* conspectus est exhibitus eorum quae a theologis communiter docentur circa B. M. Virginem in opere redemptorio, utique late considerato. Non enim de Mariae personali dignitate aut de privilegiis maternitatem divinam consequentibus erat impraesentiarum agendum, sed de eius missione. Missa autem est ad nos, missionemque habuit et habet explendam relate ad nostram salutem; unde de eius partibus quas habuit et habet in nostra salute ac nostra vita supernaturali erat loquendum. Quod per quinque sermones est praestitum; sextus autem accessit, exponens quidnam in nobis nostroque agendi modo respondere debeat singulari Mariae missioni, tangens proinde alterum congressus thema generale, nempe singularem cultum Deiparae et corredemptrici exhibendum. De sex dictis sermonibus breviter hic iuvat quaedam singillatim et per ordinem notare. Evidentissime patet non posse, intra spatium compendiosae huius relationis, nisi ideas essentiales succinte indicari.

Partes B. M. Virginis in nostra salute sunt in primis partes quas habuit in acquisitione gratiarum seu eius cum Christo intima coniunctio in opere redemptionis quae obiectiva vocari consuevit. Exposuit Dom. Gerardus Philips doctrinam de cooperatione Mariae ad ipsum opus redemptionis niti in narratione Scripturae de annuntiatione. Maria, libera fide et obedientia, consentit in munus maternum erga Filium Dei, qui revera incarnatur ut redemptor. Quapropter iam in prophetia Simeonis passioni Christi consociatur. Inde etiam est quod iam saeculo II celebratur ut nova Eva, quae initium inducit salutis per consensum incarnationi redemptivae praestitum. Sub cruce stans, voluntarie continuat consensum in perficiendo sacrificio Christi; in quo sacrificio ipsa obtulit hanc pretiosam hostiam ut suam, et quidem summa caritate et devotione. Ita vero nos ad vitam gratiae, ut membra Christi generavit. Maria autem nihil addit ad merita Christi, neque partem aliquam pretii redemptionis procurat; sed merita Christi imprimis efflourescunt in immaculatae meritis, ad quae Pater etiam respicit in ordine ad salutem aliorum. Acquisitio gratiarum caeterum ne nimis seiungatur a distributione earum: separatio enim inter utramque nititur in illusoria substantificatione gratiarum.

Alter orator, R.mus P. Melchior a S. Maria, O.C.D., de dispensatione omnium gratiarum egit, argumentum praesertim sub respectu historico tractans. Historice autem considerandae veniunt tum doctrina tum praxis seu cultus; quae reapse in antiquioribus textibus, quippe qui sunt sermones et piae de B. Virgine animi effusiones, non ita nitide ab invicem distingui possunt. Ad doctrinam quod attinet, primum clarum et explicitum mediationis marialis testimonium invenitur in scriptis S. Ephraem vel Pseudo-Ephraem, saec. IV. Mox doctrina ad culmen in Oriente pervenit, cum S. Germano Constantinopolitano, S. Andrea Cretensi et S. Ioanne Damasceno. In Occidente vero nonnisi tardius missio B. M. Virginis in dispensandis gratiis lucide perspicitur, at apud S. Bernardum doctrina claritatem obtinet qualis vix aut ne vix quidem apud orientales scriptores et praedicatorum reperiri valet. Doctoris melliflui formula in fere omnes posteriores scriptores influxum exercuit ac ad nostros usque dies vere classica mansit. Recentiores Summi Pontifices omnes clarissimis dictis eandem doctrinam in bonum commune Ecclesiae feliciter constituerunt. Doctrinam omnino confirmat praxis qua Maria invocatur, ut ab ipsa ac per eius validissimam intercessionem omnigenae gratiae

obtineantur. Rursus dicendum videtur hanc proxim ad saec. IV assurgere. Testis conspicuus sit S. Gregorius Nazianzenus. Multi de caetero sermones de Deipara agentes, tum in Oriente tum in Occidente, recursum ad Mariam exhibent; idem habetur, inde a medio aevo, in iugiter multiplicatis hymnis et cantibus in honorem B. Virginis necnon in festis marialibus; ac rursus denique modus agendi recentiorum Romanorum Pontificum Mariam dispensatricem esse omnium gratiarum diserte proclamat. Prae caeteris factis nominare licet, utpote maiore celebritate gaudentes, institutionem festi B. M. Virginis omnium gratiarum mediaticis, ac totius mundi erga immaculatum Cor Mariae consecrationem, auctore Summo Pontifice, gloriose regnante.

Nec omittere fas est vulgatas inde a saec. VII apud christifideles narrationes referentes quoniam modo Maria auditum praestiterit suorum devotorum precibus, ac, interdum miro ac perspicuo modo, individuos, societas religiosas et Ecclesiam protexerit. Sufficiat ad historiam provocare Sacri Scapularis et SS. Rosarii. Revera cultus liturgicus Ecclesiae et vita christiana fidelium conscientiam manifestant universalis B. V. Mariae mediationis in dispensatione gratiarum. Eidem doctrinae, ab antiquitatis testimoniis et vetusta praxi comprobatae, suffragantur etiam solidae rationes theologicae. Inter quas praecipuum, ut videtur, momentum est tribuendum principio consortii, quod vocant, Mariae cum Christo Redemptore.

Ex acquisitione et dispensatione gratiarum statim fluit maternitas Mariae spiritualis erga omnes homines. De qua R.mi P. Ioannis Valvekens, O. Praem., tractavit sermo. Ut recte et plene maternitas erga homines intelligatur, ita orator, proficiscendum est a notione maternitatis divinae, qua sc. Maria mater est divini filii sui Iesu Christi. Haec autem divina maternitas non tantum ut physica maternitas concipiatur, quod tamen nimis saepe obtinet. Est praeprimis maternitas ordinis moralis, importans revera devotionem seu consecrationem totius personae B. Virginis ad opus Filii sui, i.e. ad opus redemptorium. Aliis verbis, eo ipso quod Maria Mater est Filii qui totus est redemptor ac non est nisi redemptor, ex integro ordinatur ad redemptionem ac proinde ad redimendos. Sic in ipsa maternitate divina quaerendum est obiectivum fundamentum maternitatis spiritualis erga homines. Licet a nemine in dubium verti posset Mariam esse matrem nostram, inquire nihilominus potest et debet, quoniam sensu huiusmodi titulus sit intelligendus. Dicendum autem est maternitatem spiritualem B. M. Virginis non importare in nobis mere externam adoptionem, sicut ipsa filiatio adoptiva, quam supernaturalis gratia confert, non est mere externa qualitas; utraque adoptio traxit animae reale bonum ordinis spiritualis. Maria iam facta est mater nostra momento incarnationis; in cruce vero Jesus eius maternitatem sollemni modo proclamavit. Disputari sane potest de sensu litterali verborum, quae Salvator moriens pronuntiavit, sed ex Summorum Pontificum declarationibus in non paucis encyclicis legitime concludi potest etiam maternitatem spiritualem erga homines his verbis significari. Ultimo notandum est hanc Mariae maternitatem aequie late extendi ac ipsum Christi opus redemptorium. Spectat proinde homines tum prout individui sunt, tum prout, iuxta voluntatem ipsius Redemptoris, in unum corpus Christi mysticum coadunantur.

Ex quibus considerationibus luculenter patet quanta cum fiducia adire debeamus thronum gratiae in quo mater nostra assidet, ut cum Filio universorum rege filios Evaë ad vitam ac salutem perducat.

Actum est quarto loco de missione B. M. Virginis in suis triumphis contra hostes Dei relatis. Orator R.mus P. Godefridus Geenen, O.P. Sub lumine 'historiae dogmatis' procedens, orator exhibet commentum historico-doctrinale perantiqui effati liturgici 'cunctas haereses (tu) sola interemisti', vel, quod idem sonat, adagii Summi Pontificis Pii XII, f.r., Mariam dicentis victricem in omnibus proeliis Dei. Ac primo quidem ex historia doctrinae catholicae priorum saeculorum ostenditur doctrinam mariam intime cohaerere cum doctrinis christologicis vel et trinitariis, ita ut doctrina mariana tanquam tessera orthodoxiae haberi possit ac debeat. Deinde ex vita Ecclesiae, inde praesertim a medio aevo, ostenditur Ecclesiam, adversus pravitates omnigenas, quibus vita fidelium coinquinatur, semper recursum habuisse ad Mariam in extirpandis et devincendis calamitatibus et erroribus. Quod illustratur: 1) per vitam quorundam sanctorum; 2) per documenta Summorum Pontificum; 3) per monita Ecclesiae contra albigenses, protestantismum, calvinismum, iansenismum, rationalismum, 'Aufklärung', liberalismum, socialismum, modernismum, etc. Revera semper et ubique B. M. Virgo tanquam propugnaculum fidei et tutamen ac solamen christianorum agnoscatur sique vita christiana sub eius praesidio ad honorem Dei perficitur.

Quinta oratio, proleta a R.mo P. Sebastiano Tromp, S.I., egit de relatione missionis Mariae virginis ad Ecclesiam, non formaliter ut componitur fidelibus, sed ut est organismus ille supernaturalis, quo continuatur opus redemptionis Christi. Successive tractavit de Ecclesia in fieri et facto esse. Ad primum quod attinet, consideratur pars Mariae in incarnatione, in praedicatione Christi, in aedificanda Ecclesia in die Pentecostes. Deinde consideratur missio, quam nunc habet Maria erga Ecclesiam in facto esse, quod fit comparatione cum Christo capite. Haec missio revera est cura tum extraordinaria tum ordinaria Mariae erga Ecclesiam, quae utraque est in ordine amoris et quasi postulat assumptionem eius corporalem. In conclusione orator animadvertisit, quam merito Maria vocetur mater Ecclesiae et cor corporis Christi.

Coronidis instar, sextus ultimusque orator, R.mus P. Joseph Hupperts, S.M.M., locutus est de modo quo homines, data Mariae singulari missione, sese erga matrem suam caelestem gerere debent eamque singulari prosequi cultu. Ex consideratione missionis Mariae sequitur devotionem erga Deiparam esse in genere omnino necessariam; immo ita ad essentiam christianismi pertinere dici potest, ut verae Ecclesiae sit nota negativa. Quoad individuos, summi est sane momenti ut se complete in modo agendi accommodent oeconomiae a Deo institutae. Quod praesertim nostris valet temporibus, cum opera theologorum ac, quod maius est, Romanorum Pontificum et episcoporum, locus quem Maria in hac oeconomia tenet, profundius est exploratus et magis in conspicua luce positus. Haec necessaria devotione marialis aptari debet reali Mariae dignitati, quippe quae sit ratio formalis cultus. Cum autem Maria per gratiae plenitudinem ac maternitatem divinam Deo sit magis quam quaecumque alia creatura coniuncta, ipsi est tribuendus cultus singularis, qui communiter hyperdulia appellatur. Insuper missio,

quam Deus Mariae contulit, singularem devotionem ex nostra parte exigit; iam vero, cum, Deo sic ordinante, interventus Mariae in opere salutis sit omnino universalis, cum operatio Dei salutifera semper sit marialis seu fiat coniuncta Maria, cum in omnibus redēptionis momentis — uti sunt incarnatio, sacrificium crucis, dispensatio gratiarum — Maria insignem teneat locum, iugiter etiam devotio nostra ad Mariam respiciat oportet. Integra vita christiana marialis debet esse, ut respondeat operi divino quod universaliter est mariale, ac multiplices etiam esse debent formae nostrae vitae marialis, quae actus secum ferat agnitionis dependentiae, donationis, imitationis, coniunctionis cum Maria. Huiusmodi autem devotio marialis nullatenus particularis ac libera esse potest, at est in christianismo essentialis ac organicum elementum. Talem sane docet, sequens caeteroquin totam traditionem, S. Ludovicus Maria Grignion de Montfort.

In praxi devotio quae dictis principiis nititur, in primis manifestabitur in consecratione erga Deiparam, qualem ardentissime commendant Summus Pontifex et episcopi. Sit haec consecratio vera, et quidem totalis ac perpetua, donatio, firmam secum ferens voluntatem vitae christiana et marialis, totam vitam omnesque actus conscientie sub Mariae influxu ponens atque nostram erga Christum et Mariam activam et passivam dependentiam agnoscens; patet autem consecrationem sic intellectam et sic totam activitatem informantem recto trahere ad perfectionem christianam esse apertam viam. Eo vel magis quod, praeter actus amoris et venerationis, importat enim actus obedientiae, fiduciae, imitationis, necnon sensus intimae cum Christo et cum Maria coniunctionis, ac, in ordine finalitatis, voluntatem agendi in omnibus ut adveniat regnum Mariae et proinde regnum Christi. Ne dicatur haec omnia vitam nostram efficere nimis intricatam. Sensus enim quos integra consecratio involvit, sane ad actus interdum perduci valent, at sufficit ut sint habituales. Quod omnino obtinet, si sincere omnia volumus propter Mariam et cum Maria agere, in quantum ipsa est cum Christo intime coniuncta. Eo ipso etiam aberit omne periculum ne devotio marialis Christum deneget. Qui Mariae coniungitur Christo coniungitur, cum Deus Filium et Matrem coniunctos voluerit. Ac ita summa fecunditas vitae devotionisque marialis appetit.

In fine orator duo vota proponit ac benevolo auctoritatis ecclesiasticae iudicio humiliter subicit: 1) ut quotannis consecratio erga B. Mariam virginem per totum mundum sollemniter statu die — e.g. in festo Cordis Mariae immaculati — iteretur; 2) ut etiam quotidie, in fine precum post missam privatam dicendarum, eadem consecratio exprimatur, sive separatim erga Cor Mariae immaculatum, sive coniunctim cum consecratione erga Cor Iesu. Recitari posset, e.g., nota orationcula: "Dominare nostri, o Maria, tu et Filius tuus!".

Faxit Deus, ut profundior cognitio missionis et privilegiorum B. M. Virginis hisce diebus a nostri congressus sociis acquisita, vergat in profectum vitae christiana, dum splendidissimam veritatem circa Deiparam melius perspicentes, discamus ipsam intensius amare et venerari ac ipsi fidelius servire. Ipsa mater nostra ad hoc filios iuvare dignetur".

2. - *Sectio canadensis*

Activitatem sectionis particularis canadensis R.P. Marcellus Bélanger, O.M.I., secretarius sectionis, in summam redigere sategit. En eius verba:

"Pour faire bref, disons immédiatement que les rapports présentés en notre section par quelques-uns des membres de la Société Canadienne d'études mariales ont porté, pour la plupart, sur la mission providentielle de Marie, considérée particulièrement dans l'acquisition des grâces. A ces travaux au nombre de sept, deux autres se sont ajoutés, le premier relatant les activités de la Société Canadienne au cours de ses années d'existence, le second indiquant plutôt la place d'importance occupée par l'assomption dans le culte rendu à la Vierge au Canada français.

Le résumé de nos activités n'entrant pas dans les cadres du présent rapport, je me bornerai à deux faits ou séries de faits plus saillants. Tout d'abord c'est toujours pour nous un devoir de reconnaissance en même temps qu'un sujet de joie bien vive de saluer en Son Excellence Mgr. Alexandre Vachon, archevêque d'Ottawa — 'l'archevêque marital', comme on dit couramment chez nous — le fondateur de notre Société d'études. Quant à nos journées d'études, tenues ces deux dernières années, elles portèrent simultanément sur la glorieuse assomption de Marie et sur la corédemption.

Ici, en ce congrès international où l'on nous a accueillis par trop charitalement, on s'est encore penché sur le problème de l'acquisition des grâces par Marie opérant de concert avec le Christ notre rédemption.

Tout d'abord deux études, d'allure plutôt générale, servirent d'introduction. En premier lieu, M. Auguste Ferland, P.S.S., président de la Société Canadienne, s'inspira du rôle joué par la Vierge à l'incarnation, puis au Calvaire, pour conclure au caractère marial de la rédemption. A l'annonciation, Notre Dame a donné librement son adhésion à l'incarnation rédemptrice, donc à tout ce que cette incarnation entraînerait d'efforts et de peines, de travaux et de souffrances. Au Calvaire, l'union de Marie à l'immolation de son Fils vint sceller, en quelque sorte, le caractère marial de la rédemption. D'ailleurs, à partir de l'incarnation, Marie n'a vécu que pour préparer l'hostie du sacrifice réparateur. Un seul amour anime la Mère et le Fils; un seul mobile les soutient. Notre salut est donc le fruit d'un seul amour, l'œuvre commune de Jésus et de Marie. La rédemption, par conséquent, est vraiment marquée du signe de Marie: elle porte en elle-même un cacher maternel, un caractère marial.

Ce tour d'horizon parcouru, le secrétaire de la Société Canadienne posa à son tour la question de la nécessité de la T. S. Vierge dans la présente économie de salut. Ecartant tout de suite la nécessité absolue, il se cantonna dans les cadres de la nécessité hypothétique, pour enquêter sur la qualité de cette nécessité. Au préalable, une autre précision fut apportée: c'est au regard de l'ordre présent que la Vierge allait être contemplée, et non par rapport à un autre ordre possible mais non réalisé de fait. Et alors, dans ces conjonctures, faut-il se contenter de voir en la Vierge un ornement, une pièce accessoire, une réalité souverainement convenable de l'ordre actuel? Ou peut-on aller jusqu'à dire qu'elle est strictement

nécessaire et pièce maîtresse, avec le Christ sans doute, de l'économie présente envisagée dans ses constitutifs réels? Etant donnée l'économie que Dieu a choisi de constituer de préférence à toute autre, la Vierge Marie est-elle nécessaire pour que l'ordre présent atteigne ses fins? Donc, un nécessité 'ex fine' se trouvait ainsi mise en question.

Le rapporteur pensa qu'il fallait répondre affirmativement. Et pour étayer sa réponse, il attira l'attention sur quelques-uns des effets produits dans l'économie présente par le concours de Marie à l'incarnation et à la rédemption. Sans Marie, on n'eût pas eu ce réalisme si prenant dans la consubstantialité de l'homme avec le Christ, dans notre solidarité avec lui, surtout dans notre coopération à notre propre salut. Au bout de l'enquête il fut donc proposé de voir en Marie, plus qu'un bel ornement ou une pièce de surcroit, une pièce maîtresse et une réalité vraiment constitutive de l'économie actuelle.

A la suite de ces travaux vinrent quatre autres sur la corédemption proprement dite, dont deux consacrés à l'examen des fondements positifs, les deux autres conduits d'une façon plutôt spéculative sur la nature du concours marial. L'Évangile de S. Luc, tout d'abord fut exploré dans son contenu marial par le R.P. Adrien Malo, O.F.M.; puis le R. P. Ioseph Parent, O.P., interrogea la liturgie romaine. En S. Luc, dix textes ou passages nous parlent de la Vierge, d'une façon générale sans doute, mais assez précise pour que l'exégète y trouve un appui solide pour une corédemption. Le rapporteur s'appliqua, entre autres, à dégager le contenu exceptionnellement riche de l'évangile de la présentation de Jésus au temple, alors que d'ordinaire on s'en tient à l'épisode de l'annonciation et du Fiat social de la Vierge. Quant à la liturgie romaine, qui fournit au rapporteur suivant son champ d'investigation, elle fut tout d'abord définie dans sa valeur précise d'enseignement ou de lieu théologique de première importance. Puis, avec une préférence marquée, on se porta vers les textes liturgiques les plus anciens, porteurs d'une tradition plus vénérable, si l'on peut dire. Dans ces textes, pourtant moins abondants et moins élaborés que ceux des fêtes mariales plus récentes, on retrouve déjà les grandes phases de la maternité spirituelle de Marie: son consentement, sa compassion, son intercession céleste.

Maternité et corédemption, compassion corédemptrice: tels furent les deux sujets abordés en partie spéculative, le premier par M. Edouard Gagnon, P.S.S., le second par le R. P. Henri-M. Guindon, S.M.M.

Quels liens au juste unissent en Marie les fonctions de Mère de Jésus et de rédemptrice des hommes? On aurait tort, de soutenir M. Gagnon, de rattacher à la maternité divine la doctrine de la corédemption par une nécessité fondée sur la nature des choses. Par ailleurs, de nombreuses convenances fondées sur la maternité divine nous permettent déjà d'accepter la corédemption comme une doctrine bien à sa place dans la synthèse chrétienne. En particulier, en raison de sa passion, Marie reçoit de Dieu une charité de portée apostolique infinie; et c'est cette charité maternelle de Marie qui explique la part qu'elle a prise à la rédemption.

De son côté, le P. Henri Guindon présente la compassion comme le noeud de la corédemption mariale. Coopération véritable douée d'une réelle efficacité, la compassion est plus qu'une pénétration affective: elle est une union réelle, une

association dans la douleur, par laquelle Marie a été toute accordée à l'Homme des douleurs. Quant au moment historique de la compassion, une distinction s'impose: au Calvaire, la compassion s'est étalée au dehors avec tout ce qu'elle avait d'émouvant; mais, dès l'annonciation et le Fiat, la compassion est engagée dans la maternité corédemptrice. Sitôt son consentement donné, Marie a commencé à compatir au sens fort du mot.

Voilà, bien faiblement esquissées, les contributions doctrinales de la section canadienne au recherches actuelles sur la coréemption. Resterait à suivre M. Roger Brien, le directeur du Centre Marial Canadien universellement connu grâce à la revue *Marie*, resterait à l'accompagner dans son voyage à travers les cinq siècles de notre histoire canadienne pour contempler l'assomption dans le culte au Canada français. Epopée mystique, a-t-on dit, de nostre histoire et particulièrement de nos origines religieuses. Je n'en évoquerai qu'une figure, Marguerite Bourgeoys, béatifiée au terme de ces assises mariales; une famille religieuse de chez nous également, l'institut florissant et si méritant des soeurs de l'assomption de la S. Vierge; toute une province, l'Acadie mariale, qui a choisi Notre Dame de l'assomption pour patronne, l'*'Ave maris stella'* pour hymne national et comme emblème le drapeau à l'étoile mariale. En vérité, c'est la foi ardente et soutenue d'une nation entière qu'il faudrait évoquer, sa croyance séculaire à l'assomption de Marie et le flot continu de ses pèlerins au sanctuaire marial national, Notre Dame du Cap, tout spécialement en la brillante fête du 15 aout. Pour rappeler une parole que prononçait ici même le regretté cardinal J.-M.-R. Villeneuve, O.M.I., lors de son investiture: 'Assurément, Deus non fecit taliter omni nationi'".

3. - *Sectio gallica*

En relatio, quam de activitate sectionis gallica habuit R. Dom. Georgius Jouassard, praeses eiusdem sectionis:

"Duo sunt in Gallia organismi mariani nationales, tam distincti quam con-nexi, nempe 'Le Comité national français des congrès marials', de quo in nostra sectione notitiam fecit Ex.mus Dom. Boucher, secretarius generalis, et 'La Société française d'études mariales', de qua R. P. du Manoir, vicepraeses.

'Le Comité national français des congrès marials', iam inde ab anno 1927, promotorem habuit Ex.mum Dom. Harscouët, ep. carnutensem, cui proinde sectionis praesidem esse merito competebat. Approbantibus enim Galliae cardinalibus ac archiepiscopis, statutum est ut, quovis quarto recurrente anno, congressus marianus nationalis haberetur. Scopus est, ut patet, devotionem omnium erga beatissimam Virginem promovere, sed insuper et quam maxime hanc devotionem super sanissirnae doctrinae fundamenta stabilire. Hinc de Virgine paritura, de immaculata conceptione, de Maria causa nostrae laetitiae, de regalitate Mariae, de corredemptrice actum est, et ultimatim, hoc ipso anno, in civitate Redonensi (Rennes), de assumptione corporali.

Sed harum adunationum aliis fuit fructus. Theologis etenim qui anno 1934 tertio congressui intererant, tantum quaternis annis convenire et inter se colloquia habere dolendum videbatur. Ex hoc ergo mutuo complanctu, eodem fere

tempore quo in Tongerlo sic dicti 'Mariale Dagen' ortum habebant, nostra societas mariana, 'La Société française d'études mariales', nata est, cum eius publicatione *Bulletin de la Société française d'études mariales*. Sed, quonodo hic in memoriam non revocarem illos qui huius societatis primi fautores fuerunt et nunc defuncti sunt, patres scilicet Morineau et Aubron, quibus, proh dolor, nunc addendus est optimus P. Druwé, nuperrime obitus.

Sane viam nostram aliquantis per quae sivimus. Attamen, iam ante proximum bellum, plura de quaestionibus nunc maioris momenti enucleata sunt, utpote de methodo mariologiae, de maternitate divina, de merito, de regalitate et etiam de praedestinatione B. Virginis. Post bellum vero de sanctitate Mariae agebamus. cum magna orta est quaestio de assumptione corporali, cui tres sessiones, ultimam mense iulii, consecrare voluimus.

Sic iam bis hoc ipso anno historicis speculativisque studiis incubuimus. Unde satius visum est — ad quod etiam huius congressus programma et specialia promotoris monita impellebant — ut cultui mariano Galliae antiquo ac moderno ampliorem faceremus partem. Introducta est tamen lucubratio quaedam 'De titulo corredemptricis', a Dom. Laurentin prolata. Saepe dicitur hunc titulum prima vice a S. Bernardino Senensi vel a Bernardino de Bustis adhibitum fuisse, sed revera apud illos non invenitur. Constat tamen ipsum saltem saec. XV ortum esse, ac postea apud Varenium anno 1621 locum habuisse, et tandem post annum 1650 esse vulgatum. Caeteroquin illud vocabulum tunc appareat ut mitigatio quaedam alterius vocabuli, multo anterioris, sc. redemptricis, quod, quaestione mota de merito Virginis, aequivocationi ansam praebebat. Contra titulum corredemptricis iansenistae insurrexerunt; quidam quoque catholici theologi, v. g. Scheeben, illud reiecerunt. Attamen quia plures in actibus Pii X et Pii XI adhibetur, magis ac magis nunc recipitur. Quonam vero sensu? Omnes norunt qui praesenti congressui interfuerent.

De hac materia R. mus P. Boyer, inter alios, mentem suam hic aperuit. Antea vero in sectione gallica, de antiphona 'Salve Regina' disseruerat. Ne incongrue cedat cuidam nationalism, omnino non audet Ademaro de Podio (Adhémar du Puy) illam antiphonam certo tribuere, cui tamen recenter Dom. H. Leclercq, non sine aliquo fundamento, ipsam vindicavit. Caeterum cl. praefectus studiorum in Gregoriana Universitate potius in theologiam celebris antiphonae attentionem revocare satagebat. In tota enim prece, altissima de regina ac matre misericordiae conceptio diffunditur, necnon conditionis humani generis, lapsi ac redempti, profunda perceptio, unde ad illam quae est vita, dulcedo et spes nostra, mens christiana in hac lacrimarum valle quasi sponte ac fidenter assurgit.

Quidquid sit vero de Ademaro, ad Galliam certe pertinet Gregorius Turonensis, cuius testimonio de assumptione cl. P. M. Jugie — in hac re iam optime meritus — ampliora verba consecrare voluit. Primus in Occidente piae opinionis testis, Gregorius pendet ab apocryphis et, ut videtur, a narratione quadam syriaca cuius versionem latinam, datis tunc Galliae cum Oriente relationibus, facillime habere potuit. Constat vero narrationem eius de illa festivitate Mariae cui quodam die interfuit assumptionem minime respicere, sed potius primaevam festivitatem quae maternitatem pro obiecto habebat, quamquam etiam 'Dies natalis' esset

almae Virginis. Quia haec festivitas die 18 mensis ianuarii celebrabatur, fortasse habemus hic testimonium de quodam influxu ecclesiae egyptiacae in liturgiam gallicanam huius temporis.

De cultu assumptionistico in Gallia fusius egit R. P. Dillenschneider, sed in alia prorsus periodo, sc. in saec. XVII. Tunc enim gravissima orta est discussio inter canonicos parisienses occasione martyrologii ecclesiae cathedralis renovandi, cuius momentum in hoc est quod illo tempore opiniones patefactae sunt, quae nostris diebus, ante decisionem Summi Pontificis gloriose regnantis, locum habebant. Aliqui enim hac occasione, ut J. Gaudin et Nicolaus Ladvocat Billiad iure et merito ad unanimem fidelium consensum appellabant, sed, falso principio moti, traditionem inde ab apostolica aetate plus minusve explicitam invenire intendeant. Alii vero, velut Claudius Joly, J. Launoy ac Le Nain de Tillemont huius tentaminis vanitatem faciliter ostendebant, sed ipsi in hoc erraverunt quod progressum doctrinalem neglexerunt. Hi insufficienter theologi fuerunt; illi vero nec sufficienter historici, nec etiam sufficienter theologi. Tandem Natalis Alexander sanae moderationis opinionem emisit, quae postea a Benedicto XIV vulgata fuit.

Duae ultimae relationes magis ad spiritualem doctrinam spectabant. Quarum prior a R. P. Lécuyer habita egit de beata Virgine et de sacerdotum formatione secundum sic dictae scholae gallicae (*École française*) traditionem. Duce E.mo card. de Bérulle, sacerdotes rogantur ut arctam erga beatissimam Virginem dependentiam habeant, quia mediatrix est omnium gratiarum, ac simul ut ipsam totius vitae sacerdotalis praeclarissimum exemplar teneant. Haec ultima monitio paulatim sic intellecta est ut Mater Christi imitanda proponeretur in hoc quod et ipsa illam immaculatam hostiam Patri obtulit quam quotidie sacerdotes in Eucharistiae mysterio pro mundi salute offerunt. Talis revera non videtur esse genuina mens card. de Bérulle, qui de Virgine sacerdote nihil habet. Secundum ipsum sacerdos Ecclesiae, veluti 'alter Christus', pietatem Christi erga sanctissimam Matrem potius imitari debet, quia illa Mater radix veri sacerdotii fuit vivumque templum, in quo Aeternus Pontifex unctus est atque 'ingrediens mundum' Patri semet ipsum obtulit.

Nostrae sessioni finem imposuit R. P. Nicolas, prior provincialis provinciae tolosanae Ordinis Praedicatorum, commentum faciens super illam paginam *Novissimorum verborum* in qua S. Theresia a Iesu Infante mentem suam de sanctissima Virgine tradidit. Fons praecipuus de quo Theresia suas conceptiones hausit est Evangelium sub lumine Ecclesiae doctrinae necnon suaepius experientiac interpretatum. Unde fit ut Mater Christi sub vividissimo aspectu Theresiae appareat, vitam simplicissimam degens simul ac profundissimam, et proinde perfectissimum exemplar offerens omnibus animabus quibus Theresia parvam viam, 'la petite voie', aperire studuit. Ipsi Theresiae erat proinde Maria magis mater quam regina: 'Elle est plus mère que reine'.

Hisce verbis, quae prorsus ad gloriam sunt nostrae matris et reginae Virginis assumptae, concludere liceat".

4. - *Sectio hispanica*

Relatio conclusionum sectionis hispanicae a R. P. Marcelliano Llamera, O.P., sic exhibita fuit:

”Conclusiones Societatis Mariologicae Hispanicae, commissione eiusdem clarissimi praesidis, relatus, opportunum praemittere duco, propositum et votum Hispanicae Societatis, dum relationum capita selegit, illud fuisse, ut praecipua quae per decem annos labore et conatu suorum alumnorum investigata et maiore luce illustrata fuerunt, paeclariorum totius orbis Marianorum theologorum amicabili cooperatione perscrutarentur, et, in quantum fieri posset, communis consensione firmarentur.

Quae quidem hispanorum exoptatio, candide perferam, eo magis iusta et necessaria videbatur, quod studia mariologica nostra, post annum congressum publici iuris facta, et decem iam volumina impletia, a plerisque in caeteris nationibus Marianis studiis deditis, ignorantur, ut ex ipsorum scriptis iudicare fas est; cum tamen, candide hoc quoque dicam, cognitione et studio sint valde digna.

Congressus magnitudo et complexitas, eiusque propterea in sectiones partitio, qua congressus congressum evasit, proposito nostro communis studii et disputationis minime favit. Haec una restat occasio, non quidem ut nos mutuo audiamus, sed ut dicta et non audita summatim referamus. Audite, ergo, quaeso, quae ab unoquoque relatorum sectionis hispanicae mihi sunt tradita, ut ipsorum vice congressui communicem.

* * *

P. Maximus Peinador, C.M.F.: ’De nonnullis textibus S. Scripturae B. V. Mariam spectantibus’. (Progressus facti in eorum interpretatione et problemata solvenda). — Revisio ad 25 ultimos annos circumscribitur, speciatim ad quinque ultimos in quibus tam in ephemeredibus quam in congressibus actum est de argumento scripturistico in re assumptionistica. Tanguntur breviter aliqua de criteriis exegeticis et de methodo ’regressiva’ etiam in exegesi.

Conclusiones: a) Prima generalis. - Mariologia biblica non parum proficit ex applicatione sensus sic dicti plenioris; ac vicissim studia mariologica non parum effecerunt ut hic sensus magis ac magis investigaretur, atque exegesis magis doctrinalis et theologica evaderet; b) Quoad textus particulares ad trutinam revocatos haec a ponente videntur statuenda: 1. De Protoevangelio: Ut definitive acquisitus et certus tenendus est eius sensus marianus. Maria probabilissime praemonstratur sub voce ’issah’. An litteraliter vel typice aut plene disputatur. His ultimis annis explicatio typica locum cedit explicationi mere litterali aut plenioris sensus. Cum de doctrina in textu genesiaco contenta agitur et de modo quo contineatur magna adest diversitas inter exegetas catholicos. Speciatim quoad assumptionem, alii in eo nullum vident argumentum, alii basim quandam aut principium generale ex quo deduci possit, alii et non pauci veram continentiam formalem (licet implicitam sub luce doctrinae paulinae de peccato originali eiusque connexione cum morte). — 2. De Apocalypsi 12, 1 sqq.: In dies magis asseritur eius relatio ad Protoevangelium et sensus marianus, licet multi ob traditionem interpretationem

ecclesiologicam non deserant. Eius doctrina mariologica iuxta alios fere reducitur ad doctrinam Protoevangelii. Explicatio Jugie pro assumptione a paucis admissa est. Recentissima explicatio P. Bonnefoy, etsi iam olim admissa a Catharino et Urgui, de drammatizatione historica peccati angelorum in caelo, multis scatet difficultibus, miscetur quaestionibus scholae et adhuc sub iudice maneat oportet. — 3. Textus lucanus de annuntiatione: Afferatur plenitudo gratiae Mariae in qua includuntur et immaculata conceptio et eius assumptio, clare affirmatur maternitas divina B. Virginis. Praecipue his ultimis annis investigatum est circa consensum Mariae expressum verbis: 'Fiat mihi secundum verbum tuum', ut ex ipsis certo erueretur et eius corredemptio et maternitas spiritualis. — 4. Textus iohanneus (19, 27): In huius investigatione magis in dies appareat insufficientia explicacionis maternitatis mere adoptivae. Deest explicatio defectus traditionis aut quomodo suppleri possit. Qui admittunt in verbis Christi maternitatis spiritualis Mariae proclamationem, ad sensum pleniorum generatim recurrunt. Sed forsan, sicut in Protoevangelio, aptius ad sensum mere litteralem recurrendum sit; — c) Denique haec duo generalia problemata solvenda proponuntur: 1) An revisioni subienda sit illa communis assertio de silentio S. Scripturae circa B. Virginem; 2) An mariologia biblica comprehendi possit sub titulo 'Maria, nova Eva, mater et regina cum Filio et sub Filio', velut filo conducente voce 'Mulier' vaticinii genesiaci et visionis apocalypticae.

P. Iosephus A. de Aldama, S.I.: 'Quaestiones actuales de maternitate divina'. Attentis multitudine et complexitate magna problematum, investigatio reducitur ad duo capita:

I. - De conceptu et essentia divinae maternitatis. — 1. Inter theologos recentiores multum disputatum est circa antiquum problema: quid requiratur ut revera Maria possit dici Mater Dei. Et quidem dicendum videtur, requiri et sufficere simultaneitatem inter naturam humanam procedentem a Maria et terminationem personalem eiusdem a Verbo. Maxime si attendatur ordinatio huius maternitatis a Deo et consensus Virginis, qui totus quantus dabatur ad maternitatem Filii Dei. — 2. Causalitas dispositiva unionis hypostatiae ex parte Mariae admitti potest, quantum intendatur corpus humanum ab illa procedens habuisse non solum exigentiam animae rationalis, sed simul etiam exigentiam terminationis a persona divina. — 3. Haec tamen causalitas dispositiva non est necessaria ad salvandam veritatem divinae maternitatis. Potest vero esse necessaria ad salvandam connexionem quam Patres asserunt inter maternitatem divinam et maternitatem virginalem, si haec connexionio intelligenda sit intrinseca ex mente Patrum, non solum extrinseca et ex ordinatione Dei. — 4. Haec causalitas divina, si admittatur, melius intelligitur tanquam principalis inadaequata, quam instrumentalis. — 5. Ut haec causalitas dispositiva explicetur, sufficit admittere actionem specialem Dei in germine materno, supplendo actionem viri. Nec requiritur ulterior praevia elevatio potentiae germinativae Virginis. Haec non requiritur nec a priori, nec a posteriori, quia nondum probatum est adesse in hunc sensum traditionem aliquam patristicam aut theologicam. — 6. Quod si admittatur elevatio quaedam praevia, non sola actio divina in germine, adhuc elevatio haec explicari poterit iuxta diversa systemata catholica de elevatione supernaturali, aut per qualitatem in potentia receptam,

aut per elevationem extrinsecam actionis. — 7. Quilibet intentus explicitandi maternitatem divinam per participationem naturae divinae prout est fecunda in Patre, reiiciendus est utpote non sufficenter salvans identitatem operationum ad extra in Trinitate. — 8. Quod attinet inclusionem Mariae in ordine hypostatico, definitis melius a theologis conceptibus, admittenda videtur inclusio intrinseca quoad maternitatem ipsam, extrinseca tantum quoad personam Mariae.

II. De relationibus inter maternitatem divinam et gratiam. — 1. Maternitas divina est vera quaedam gratia, distincta a gratia sanctificante. Hae duae gratiae in Maria mutuo sese inferuntur. — 2. Thesis traditionalis de superioritate maternitatis divinae ulteriore evolutionem obtinuit inter mariologos recentiores, maxime ex melius perspectis comparationis terminis et ex conceptione integrali maternitatis divinae. — 3. De maternitate divina formaliter sanctificante plurimum ultimis temporibus scriptum est. Non tamen fixi sunt conceptus nec terminologia. Unde theologi in diversas vias abierunt. — 4. Quaedam sanctificatio ex maternitate divina, formaliter, id est immediate et se sola, admitti debet, dummodo non intendatur stricta aliqua informatio formae sanctificantis. — 5. Haec tamen sanctificatio nec completa est, nec unica et exclusiva. Ut plena habeatur sanctificatio Mariae, addenda est alia sanctificatio accidentalis et formalis striete dicta per gratiam sanctificantem. — 6. Haec ultima sanctificatio habetur ex divina maternitate, non formaliter, sed radicaliter tantum et exigitive.

P. Basilius a S. Paulo, C.P.: 'De sacrificio et sacerdotio B. M. Virginis'. — 1. Nemo vitae divinae Christi incorporatur quin simul incorporetur eius sacerdotio per characteres sacramentales, unde datur in Ecclesia triplex ordo potestatis, scil. ad recipienda, ad defendenda et ad ministranda ea quae ad cultum pertinent. Maria, divinae maternitatis dono sanctificata simul est consecrata ad divinum cultum, accepit potestatem spiritualem ad dandum, scilicet ad nobis dandum sacerdotem simul et victimam nostri sacrificii, et ut sit socia et administra in sacrificio nostrae reconciliationis; unde affirmari debet eam sacerdotio potiri, eo magis transcendentem et superante omne proveniens ex characteribus sacramentalibus, quo magis stricta et elevata est eius participatio in sacrificio Christi. Principium radicale huius sacerdotii adiudicandum est eius divinae maternitati; principium vero formale suae spirituali maternitati. — 2. Sacrificia offerre pertinet generatim ad societatem religiosam, in qua, etsi immolatio perficiatur a sacerdote, ab unoquoque tamen membrorum exigitur ut huic immolationi consocietur oblatione et immolatione suiipsius. Oblatio et immolatio quae in Calvario locum habuit peracta fuit a Christo ut Caput Ecclesiae, consocians actualiter et in totius Ecclesiae repraesentatione B. M. Virgini, virtualiter tamen et potentialiter, omnes fideles, qui ministerio sacerdotum hoc sacrificium renovare debent et seipso tanquam victimas Deo offerre, in unione illius divini Capitis cuius sunt membra. — 3. Non parum hac in re obtentum est his viginti annis proxime elapsis partim ex documentis magisterii ecclesiastici circa sacerdotium et sacrificium in genere, et circa actionem sacrificalem B. M. Virginis in particulari; partim ex studio et labore theologorum; unde magna nobis spes arridet ut prompte elucescat dies in qua prodeat studium definitivum quo omnium mentes coordinentur: primo, eorum qui concedunt formalem corredemptionem virginis Mariae,

et postea, eorum qui tantum admittunt eius universalem mediationem in distributione gratiarum. Satis ad hoc assequendum erit ut primi conceptum corredemptionis extendant, intelligentes actum redemptivum Christi nihil aliud esse nisi eius sacrificium, et corredemptionem Mariae, participationem materialem simul et formalem, seu sacerdotalem, in hoc sacrificio. Satis erit secundis ut sibi persuasum habeant, mediare proprissimum munus esse sacerdotum, necessario presupponens mediationem in fructuum sacrificii distributione, mediationem in sacrificii oblatione. — 4. Magni momenti est ut omnes uno ore loquamur quando agitur de designando Mariae sacerdotio. Mihi, etsi non plane satisfaciant, aliquantulum arrident vocabula 'consacerdos', 'archisacerdos' et 'supersacerdos'. Haec autem verba caute adhibenda sunt, prae oculis semper habendo maternitatem Mariae esse sacerdotalem et corredemptionem sacrificalem.

P. Angelus Luis, C.S.S.R.: 'De regalitate Mariae'. — Sermonem instituit de regia dignitate beatae Mariae virginis, nobis exhibendo controversiam quae his ultimis decenniis efferbuit circa modum et naturam huius dignitatis.

Gressibus insistens auctorum qui munus Mariae regium explicare contendunt per analogiam ad regiam dignitatem feminarum quae munere funguntur matris vel sponsae regum his in terris gubernantium, P. Luis iterum iterumque conatur evertere opinionem quam hodie omnino obsoletam existimat de praerogativis Mariae undeque aequiparandis praerogativis regum inter homines degentium, et exinde proponit Mariae regalitatem potius esse collocandam in authonomo mediationis universalis exercitio, vi cuius una cum Christo rege cooperatur ad homines in finem aeternae beatitudinis dirigendos. Ita insuper res intelligitur ab omnibus auctoribus qui hoc ultimo decennio quaestioni enucleandae operam dererunt. Difficultates autem thesi obiectas auctor parvo pondere praeditas existimat ut ab opinione proposita recedendum sit. Quod si tamen haec sententia Mariae regium munus aliquatenus parvipendere aut coarctare alicui videatur, hoc non aliunde procedere existimandum est nisi ex deficiente rei consideratione, quae quidem primo obtutu Mariae auctoritatem minuere videtur, dum e contra talem auctoritatem in vera luce collocat qua Patres Ecclesiae Mariam nobis circumfusam ostendunt.

P. Gregorius a Iesu Crucifijo, O.C.D.: 'De influxu B. Virginis in sanctificatione animarum'. — Examini subiecit scripta his 20 ultimis annis ubique terrarum edita circa relationis argumentum, ex quo evincitur permulta esse quae pietatem erga Matrem consanctificatricem foveant, valde vere per pauca, quae theologicam pertractent. Ad quaestionis problemata quod attinet, connexionem praecipue consideravit inter corredemptionem et influxum B. M. Virginis in collatione gratiae; itemque praesentiam eius in animabus, prout earum non paucae, nostra praesertim aetate, experiri testantur.

Conclusiones relationis fuerunt: 1. Desideratur adhuc studium vere theologicum et completum circa influxum B. M. Virginis in sanctificatione animarum. — 2. Optandum valde quominus progressus feliciter in theoretica mariologia obtenti maiori gradu practicae mariologiae applicentur. — 3. Influxus Virginis Matris, per gratiam in animabus, luce corredemptionis formalis est intelligendus, utpote necessario postulantis gratiae seu vitae suae elementa in gratia sanctificante filio-

rum, atque eiusdem Matris interventum indeficientem in toto processu supernaturalis vitae. — 4. Experientia sanctorum animarum hisce maxime temporibus, quaestio perdifficilis inducitur de praesentia Mariae in animabus insimul cum Christo et personis augustissimae Trinitatis. Quamquam etenim testimonium istud veri argumenti vi careat, nullatenus est parvipendendum, sed secundum theologica principia diiudicandum. Quod si huiusmodi principiis non excluditur, corredemptionis formalis veritatem confirmat. — 5. Experientia haec praesimalis influxus Mariae explicanda videtur per causalitatem physicam Virginis in efficientia gratiae. — 6. Sola Virginis intercessio non est huius experientiae sufficiens explicatio, sed maius aliquid est admittendum, licet ex eo supramodum spiritualis maternitas Virginis eiusdemque regalis dignitas magnificentur.

P. Marcellianus Llamera, O.P.: 'De merito maternali corredemptivo beatae Mariae virginis'. — Ultimo loco nostrae quoque dissertationis circa maternale meritum corredemptivum B. V. Mariae mentionem faciam, cuius hae fuerunt praecipuae assertiones: 1. Divisio traditionalis meriti sufficiens est ad meritum corredemptivum Mariae dilucidandum, si meriti et condignitatis conceptus analogice, non univoce intelligantur. — 2. Meritum gratiae universalis omnino necessarium censetur ut corredemptio veri nominis, id est immediata et formalis, B. Virgini tribuatur. — 3. Theologi communiter, illis tantummodo exceptis, qui adhuc corredemptionem tantum mediatam propugnant, meritum corredemptivum B. Virginis saltem de congruo defendunt. — 4. Theologi mariani Societatis Hispanicae, communi sententia, meritum corredemptivum B. Virginis de condigno ex condignitate proclamant et tueruntur. — 5. Hoc ipsum relator stabilire conatus est ex analogia inter Mariam et Christum, hacce videlicet ratione ductus: Propter unionem hypostaticam Christi Maria est Mater Dei; propter Christi capitalitatem Maria est Mater spiritualis Christianorum. Ita ergo se habet maternitas spiritualis seu gratia plena maternalis Mariae ad missionem suam salvificam sicut se habet capitalitas seu gratia capitalis Christi ad eiusdem missionem salutarem. *Sicut* ergo Christus, virtute capitalitatis seu gratiae capitalis, pro universo humano genere gratiam meruit de condigno (et quidem absoluto propter dignitatem personae); *ita* Maria, virtute maternitatis spiritualis seu gratiae suae maternalis, pro omnibus hominibus, suis filiis, gratiam meruit de condigno (non tamen absoluto, cum persona eius sit finita, licet sit Mater Dei), sed *ex condignitate*. — 6. Firmavimus insuper thesim triplicem conditionem ad condignitatem meriti requisitam in materiali merito corredemptivo Mariae commonstrando, videlicet: *a)* perfectionem seu plenitudinem gratiae sufficientem; *b)* marialem humani generis representationem, cum virtuali inclusione omnis gratiae in gratia sua maternali; *c)* ordinationem divino-intrinsecam gratiae maternalis Mariae ad acquisitionem gratiae salutaris universorum. — 7. Hocce ipso arguento incompossibilitas seu repugnantia evincitur inter maternitatem spiritualem Mariae et *meritum corredemptivum de congruo*. Quomodo, equidem, vera Mater nostra spiritualis praedicabitur, si gratia eius insufficiens ut nostram acquirat, si materne illam nullatenus preecontinet, si ad illam materna propensione non ordinatur? — 8. Meritum ergo corredemptivum Mariae definiri potest ut *condignum maternale*, qua definitione et propria eius natura exprimitur et a merito Christi simulque a merito Christianorum discer-

nitur. Qua maternale, est condignum; qua condignum maternale, differt a merito capitali Christi et a merito congruo christianorum. Unde meritum sociale ita dividendum existimamus: *a) Sociale condignum capitale*, quod est meritum Christi; *b) Sociale condignum maternale*, quod est meritum Mariae; *c) Sociale congruum filiale*, quod est meritum filiorum. — 9. Et ultima: defensores meriti de congruo utroque pede claudicant, in conceptu nempe Virginis et in conceptu meriti. In conceptu quidem Virginis, quia illam in corpore Christi mystico non ut Matrem capitum et membrorum concipiunt, sed ut simplex membrum, licet principale; quo fit, ut gratiam eius habitualem ad personale meritum de condigno ordinatam agnoscant, ad universale vero tantum de congruo. Claudicant quoque altero pede, scilicet in conceptu meriti condigni, quoniam absolutum tantum illud intelligunt, dum revera datur meritum condignum ex condignitate seu relativum, illud vide-licet, in quo adest aequalitas inter meritum et praemium, licet persona merens inaequalis sit Deo praemianti. Et huiusmodi est meritum corredemptivum condignum Virginis Matris.

Hae sunt relatorum hispanicorum praecipuae assertiones circa problemata eorum studio et inquisitione proposita. Sic prout sonant, a principiis et fundamentis se-iuncta quibus innituntur, non mirum si auditoribus, aliter sentientibus, infundata appareant. Hos ergo rogamus, ut abstineant a reiectione conclusionum antequam earum principia et argumenta bene nota habeant et mature perpensa.

In predictis decem voluminibus annuarii Societatis Mariologicae Hispanicae, *Estudios Mariano*s, collecta invenient quae hucusque a mariologis hispanis investigata sunt, in maiorem veritatis mariana explicationem seu progressum”.

5. - Sectio italicica

R. P. Laurentius Di Fonzo, O.F.M.Conv., secretarius Pontificiae Academiae de Immaculata et sectionis italicae ab eadem Academia apparatae, hanc relationem legit:

”Col suo tema generale di studio — Maria e Roma — la ‘Pontificia Accademia dell’Immacolata’, sezione italiana al congresso, in questo suo 116^o anno di vita e Anno Santo memorabile, ha molto opportunamente inteso di offrire al pubblico e agli studiosi, italiani e internazionali, una visione specifica e panoramica della marianità di Roma attraverso i secoli.

Ogni nazione cattolica e quasi ogni città può vantare tutta una storia, più o meno antica e gloriosa, di fede, di culto e di fasti mariani. Ebbene, anche la Città Eterna — la Capitale del mondo cattolico e l’Alma Madre di quella civiltà cristiana che è pure, per tanta parte, civiltà mariana — ha la sua gloriosa e universalmente riconosciuta storia mariana. Senza voler fare raffronti (questi li potranno fare da sè gli illustri ascoltatori) con altre città, molte delle quali — crediamo — possono bene dirsi e si dicono ‘mariane’, anche Roma è veramente una ‘città’ di Maria, per i titoli molteplici e singolari.

I singoli sette temi particolari del nostro studio — connessi in un quadro unitario, intuitivo — si sono voluti affidare alla notissima competenza d’illustri ac-

cademici e di altri romanisti (2 ecclesiastici e 5 secolari), più che a mariologi di professione, sia per ragioni di quella necessaria competenza nella storia, nel culto e nell'arte di Roma cristiana, sia anche per applicare e impegnare — alcuni forse per la prima volta — questi rinomati e cari studiosi al soggetto 'Maria'. In questi tempi e in questo Anno Santo e mariano ogni voce, ogni scienza e competenza deve inneggiare a Cristo e a Maria.

Questo, più o meno, con altri particolari rilievi, il pensiero e la presentazione del nostro programma fatta il primo giorno dal P. Gabriele M. Roschini, O.S.M., direttore della sezione, e ripetuta il secondo giorno dall'E.mo cardinale Clemente Micara, vigilantissimo e amatissimo protettore della Pontificia Accademia, sotto la cui ambita presidenza era posta la nostra sezione.

Ed ecco in breve le conclusioni del nostro studio, che togliamo per lo più dalle relazioni degli stessi conferenzieri.

1. 'Maria nelle catacombe romane', aggiornamento e rilievi dottrinali dell'accademico prof. Mons. Giulio Belvederi, uno dei più rinomati specialisti dell'argomento: è la 'preistoria' mariana di Roma nei suoi primi tre secoli cristiani. Luce mariana nelle catacombe! Eppure era come la notte che 'cela nella sua ombra (a dirla col poeta indiano, Tagore) la brama che ha della luce': brama di maggior luce, quella che poi irruppe festosa nelle cento basiliche mariane dell'Urbe. Ebbene, un pio pellegrino del secondo secolo (Abercio), venuto dall'Oriente, parlando della fede che aveva trovato sovrana nei paesi tutti che aveva attraversati, accenna a un cibo che ovunque la stessa fede gli aveva apprestato: un grande pesce che una pura e casta Vergine aveva preso! L'allusione alla Vergine Madre di Dio è chiara: tutta l'arte cristiana primitiva che nelle catacombe è messa in luce, e si riferisce alla Vergine, è tutta cristologica in quanto la Madonna partecipa come Madre del Cristo, Figliuolo di Dio, agli onori tributati allo stesso suo divin Figlio.

Ai misteri dell'infanzia di Gesù sono collegate tutte le rappresentazioni della Vergine che noi troviamo nelle catacombe. Ma queste immagini così strettamente collegate al Cristo, risalgono allo stesso tempo delle primissime immagini del Buon Pastore, la prima figurazione del Cristo, e non pretendono di aver nessun aspetto realistico, direi quasi ritrattistico, ma solamente rivendicano la gloria della Vergine e la grandezza dei suoi privilegi per la partecipazione che ella ebbe ai misteri dell'incarnazione del Figliuolo di Dio e della redenzione del genere umano. (Importante rilievo per gli studiosi della corredenzione mariana!).

Questo risulta evidente dall'esame delle pitture e sculture cimiteriali che si limitano per la figurazione della Vergine ai fatti dell'annunciazione, nascita di Gesù e adorazione dei magi. L'annunciazione in Priscilla, veduta dal Bosio, è di età remotissima; essa è contemporanea alla famosa immagine detta di Isaia, per la presenza accanto alla Vergine del profeta, che altri credono sia Balaam. Chiunque però sia il profeta, è certo che la Madre di Dio partecipa, seduta in cattedra, agli onori che vengono tributati dai magi al suo divin Figliuolo. Tutte queste figurazioni della Madonna prendono le mosse dalla prima effettuata al principio del II secolo nelle catacombe di Priscilla nella cosiddetta 'Cappella Greca'.

Pareva che nessuna scena posteriore venisse a mutare il carattere di queste rappresentazioni, quando una recente scoperta fatta negli scavi vaticani per la tomba di S. Pietro, ha dato alla luce un prezioso frammento di sarcofago dove la Vergine — che tien nelle braccia il divin Figliuolo nell'atto di presentarlo ai magi e di ricevere da essi i doni — ha alle sue spalle, quasi a formare il dorso della cattedra, la croce. I misteri dell'infanzia di Gesù cui ella ha avuto tanta parte si coronano così con il mistero della redenzione, e come essa presenta il Figliuolo suo ai magi, così il suo divin Figlio sarà per lei ostensibile un giorno sulla croce per la salute del mondo.

Questa è la prima rappresentazione della fede romana circa i misteri della vita della Madre di Dio: uscendo dall'oscurità delle catacombe avrà la luce della sua proclamazione dogmatica nel concilio Efesino (431) e — immediata ripercussione a Roma — lo splendore dell'arte nell'arco trionfale della basilica di S. Maria Maggiore.

2. 'Storia (archeologica) mariana di Roma negli antichi secoli': è, per così dire, il naturale integramento del tema precedente, ora in campo storico, sebbene ancora a sfondo archeologico, secondo la particolare competenza del prof. Carlo Cecchelli (professore dell'università di Roma e noto autore dell'eruditissima trilogia *Mater Christi*, di cui usciti due volumi, Roma 1946-48).

Dopo aver osservato che il culto della Madonna in Roma non ha atteso il concilio d'Efeso per manifestarsi — come provano la preghiera del 'Sub tuum praesidium' che può farsi risalire al II secolo e che manifesta i rapporti religiosi tra Roma e l'Egitto, e come provano altresì le figurazioni catacombali (immagini non di culto, ma relative ad un culto), nonchè la introduzione del nome di Maria nel canone della messa e varie altre tracce —, si sottolineano diversi aspetti particolari del culto mariano a partire dai più antichi.

In primo luogo, Maria come 'Sedes sapientiae', a proposito della quale l'autore rende conto della sua importante scoperta iconografica su di un sarcofago della prima metà del IV secolo dalle catacombe di Siracusa, ma proveniente da Roma e ordinato da un patrizio romano.

Poi 'Maria interceditrice', quale doveva vedersi nella primitiva abside lateranense del tempo di Costantino, sia che fosse del tipo della intercessione (Deisis) come lo si vede in parecchie icone bizantine, sia del tipo della Madonna Orante, come appare nell'abside del VII secolo in S. Venanzio al Laterano, che molto s'ispira all'abside della maggior basilica della località. La Madonna Orante si trovava anche nella cappella di Giovanni VII in S. Pietro (ora, distaccata a Firenze), e i pellegrini del basso medioevo la trovavano appena passata la 'Porta Santa' (in proposito, l'oratore fa notare che l'apertura della Porta Santa si verificò in tempo più antico di Alessandro VI, come accertano suoi recenti studi). Giovanni VII volle essere considerato 'Servo di S. Maria'.

Poi c'è la Theotòkos della formula efesina, che ha il suo più bel riflesso nella icona della Clemenza a S. Maria in Trastevere, molto ridipinta nel basso medioevo e posteriormente, ma del tempo forse di Giovanni VII (705-707) e forse riproduce il tipo di una venerata icona ricordata in tempo anteriore. Progredisce poi il culto mariano sempre più specificato nelle sue manifestazioni, che investono tutti i mi-

steri mariani; figurazioni, devozioni, atteggiamenti diversi, trovano efficace impulso nei secoli seguenti nel Romano Pontificato.

3. Entriamo così nella terza relazione su: 'Maria e il Pontificato Romano': iniziative, atti e documenti dei RR. Pontefici, questi più qualificati e mitrati esaltatori di Maria. La ricerca l'ha fatta ed esposta nella purezza e vivacità della sua lingua e del suo sprizzante stile toscano il Dr. Arnolfo Santelli (autore di una celebre e diffusa *Vita della Madonna*, 2 edizioni, 1944 ss.).

Nel quadro generale del vasto panorama dei papi — suddiviso in tre grossi scaglioni: papi delle catacombe, papi delle eresie e degli scismi e papi della modernità — è stato scoperto e presentato un partenone ricchissimo di pontefici più o meno accertatamente mariani; tutti a loro volta incasellati nei vari periodi storici, coi diversi caratteri relativi a ogni periodo e a ogni papa e con le relative mariane manifestazioni.

Le resultanze dello studio non potevano essere più lusinghiere per la storia del papato. Ognuno dei tre scaglioni aveva un particolare compito da affrontare e attuare.

Il primo capeggiato dal primo papa, S. Pietro, doveva affrontare l'offensiva della persecuzione aperta e scoperta. Il secondo scaglione doveva sostenere l'offensiva dell'insidia (eresia) insinuata nel campo stesso dei rappresentanti della Chiesa. Il terzo scaglione aveva e ha davanti a sè il nemico più risoluto e assoluto: il materialismo ateo che attende a svuotar l'uomo non solo dell'anima, ma d'ogni residuo d'idealità, facendone un automa senza luce morale o un pitecantropo pago solo di sfamare gli appetiti più bestiali. Tutti i papi mariani appartenenti a tre periodi, hanno saputo rispondere in pieno al compito superiore, combattendo e vincendo il triplice e unico avversario, grazie appunto all'ausilio della debellatrice d'ogni eresia, mostrando così che tanto più un papa è riuscito a salire nei suoi meriti, quanto più si è messo sotto l'usbergo della Madre del Redentore. Non si può scendere a ricordi particolari, che pure sono stati messi in luce, dagli antichi papi ai medievali, a quelli del Rinascimento, del Seicento e agli ultimi pontefici, da Pio IX a Pio XII, più ricchi di atti e documenti mariani.

La conferenza si è chiusa con la commossa esaltazione del trionfo supremo che, proprio in questi giorni sacri ai morti e come risposta al materialismo, la Madonna sta per avere dal regnante papa mariano, con la definizione del dogma dell'assunzione, il trionfo della Sempre Viva su tutte le tombe, l'apoteosi della regina del cielo su tutte le cecità della materia. Un raffronto conclusivo: nel tenebroso momento che attraversiamo due soli possono essere anche oggi i salvatori della umanità: un Bianco Vegliardo che, con una sola parola, ha ancora il potere di richiamare nella Città Eterna tante folle di fedeli di ogni favella e colore; e un'altra Bianca, ancora più candida figura, l'avvocata di tutti i peccatori e soccorritrice di tutti i pericolanti, Maria e il Papa, due nomi inscindibili nella storia della Chiesa e dell'umanità.

4. 'Basiliche e chiese mariane dell'Urbe'. Dopo i primi tre argomenti si iniziava con questo, svolto dal prof. P. Giuseppe Gagov, O.F.M. Conv., un secondo gruppo di temi sulle chiese, cappelle e immagini, feste e tradizioni popolari mariane dell'Urbe. Il primo tema affidato al P. Gagov (autore del grande volume *Roma*

Sacra 1950, precisamente sulle basiliche e chiese romane, tradotto in varie lingue e offerto proprio in quest'Anno Santo come preziosa e... 'monumentale' guida ai pellegrini internazionali della 'Città sacra e santa').

Le basiliche e chiese mariane di Roma (la 'città dalle cento chiese mariane', si direbbe), sono il più grandioso e solenne concerto risonante dalla voce delle pietre — 'lapides clamabunt' — e cantato così dai romani, papi e principi, grandi e piccoli (l'umile popolo devoto), artisti di tutte le scuole, in tutti i secoli, alla regina del cielo, alla quale quelle voci monumentali hanno ripetuto quasi tutti gli attributi litanici d'invocazione e di lode. Ognuna di queste chiese ha una nota caratteristica di storia, d'arte, di titoli dogmatici e di grazie che, si può dire, illustrano pure tutte le dottrine della scienza mariologica. Quindi il loro valore e interesse anche per la mariologia.

Quae cum ita sint, satis omnibus patuit inter orientalium et occidentalium cultum in Virginem Deiparam, minime vigere oppositionem, immo nec veri nominis diversitatem; e contra pietatem mariale orientalium propriam nostro pietatis sensui plane respondere; atque adeo illum magis magisque alere posse. Quamobrem, votum deprompsimus, postulantes ut florilegia e precibus marialibus in orientalibus ecclesiis adhiberi solitis quantocius confiantur linguis nostris vernaculis; et imprimis florilegia de liturgiis et officio ad diem dormitionis Virginis Deiparae, quemadmodum in voto magis declaratur:

Sectio Pontificii Instituti Orientalis in primo congressu mariologico internationali Romae X Kalendas novembris anno 1950 coadunato, suis emensis laboribus de cultu et veneratione beatae virginis Mariae in Oriente christiano, posteaquam de natura huius cultus ac de eiusdem monumentis liturgicis et litterariis egit, haec vota, conclusionis instar, depromit:

I. Cum orientalium in beata virginem Mariam cultus eodem ac occidentalium cultus nitatur firmissimo fundamento, videlicet Virginis Deiparae excellentia et dignitate; cumque orientalium mariales preces eximiae pietatis latice redundant, harum precum selecta florilegia in occidentalium vernacula linguis concinne transferri exoptat; secum reputans hisce versionibus et honorem Virgini Deiparae debitum, et opus unionis, cuius Maria pignus existit, mirifice foveri.

II. Peropportune autem id fieri posse ac porro debere credit circa sacras liturgias ad dormitionem et assumptionem Deiparae variis in ritibus orientalibus obtinentes; quippe quae et antiquissima monumenta novi dogmatis pontificio oraculo iam iam declarandi habenda sint, et genuinum orientalium, atque adeo totius veteris Ecclesiae sensum exprimant de corpore B. M. Virginis Deiparae in caelos assumptione”.

3) SECTIONES PARTICULARES
AB ORDINIBUS ET CONGREGATIONIBUS RELIGIOSIS CONSTITUTAE

I. - Sectio Ordinis Fratrum Praedicatorum

Sequentem relationem de activitate sectionis dominicanae perlegit R.P. Patritius Pilastro, O.P., secretarius sectionis:

"La sezione domenicana del congresso mariano internazionale divise il suo programma in una parte dottrinale ed in una parte pratica, illustrando nella prima il S. Rosario alla luce dei documenti pontifici e della teologia, nell'altra le antiche e recenti forme dell'apostolato del S. Rosario, parte questa che sarà svolta in particolari riunioni alla sala 'Beato Angelico', alla Minerva.

Il presidente della sezione domenicana, S. E. R.ma Mons. Giuseppe Reginaldo Addazi, arcivescovo di Trani e Barletta, fece precedere i lavori della sezione con il saluto dato ai presenti, tra i quali il R.mo P. Emanuele Suarez, maestro generale, il R.mo P. Paolo Skehan, procuratore generale, i padri della curia generalizia di S. Sabina, il rettore magnifico del Pont. Ateneo Angelico P. Francesco Ceuppens, il M. R. P. Antonino Silli, provinciale romano. Rilevava quindi la opportunità del soggetto scelto per le trattazioni e discussioni nella sezione domenicana: il S. Rosario. Interessante anche il ricordo storico della vita di San Domenico, che disperse per l'Europa i suoi primi frati proprio nella festa della Assunta dell'anno 1216.

Tema della prima relazione del 24 ottobre: 'Il Rosario nei documenti ufficiali della Chiesa'. Relatore: S. E. Mons. Reginaldo Addazi, O.P. Illustrata con chiara e sistematica esposizione la natura del Rosario, che non è una devozione particolare, ma un metodo di preghiera, il relatore ne tesseva lo svolgimento storico secondo i documenti pontifici: dalla bolla di Sisto IV del 30 maggio 1478 fino al regnante Pontefice Pio XII. Documenti che si susseguono senza posa, così da potersi affermare con verità non esserci stato Pontefice, se non sia stato di brevissimo pontificato, il quale, da Sisto IV in poi, non abbia emesso un documento in favore del S. Rosario.

Tema della seconda relazione del 25 ottobre: 'La teologia del S. Rosario'. Relatore: P. Reginaldo Garrigou-Lagrange, O.P., professore al Pont. Ateneo Angelico. L'uditore numerosissimo già testimoniava la competenza con cui il relatore avrebbe trattato il soggetto della sua conferenza. 'La nostra ignoranza e la nostra negligenza — fece notare il P. Garrigou — possono spesso rendere religione di formule ciò che è religione di vita'. Questo comprese S. Domenico che rese concreta, viva, fruttuosa la preghiera del popolo, aggiungendo alla preghiera comune del 'Pater' e 'Ave', la contemplazione dei grandi misteri della incarnazione, redenzione e vita eterna secondo i loro diversi aspetti impernati nella vita di Gesù e di Maria. Metodo questo di predicazione e di preghiera che viene oggi rinnovato con frutto in varie parti del mondo mediante la 'Crociata del Rosario'.

Tema della terza relazione, del giorno 26 ottobre: 'La Madonna mediatrice di grazie ed il S. Rosario'. Relatore: P. Emanuele Cuervo, O.P., dell'università di

Salamanca. L'esistenza, la natura e l'estensione della mediazione di Maria furono chiaramente esposte dall'oratore. Particolarmente interessante l'illustrazione del modo in cui tale mediazione è sempre apparsa ed appare nella divozione del S. Rosario.

Alle singole sopra riferite relazioni fecero seguito interessanti discussioni e delucidazioni.

Dal punto di vista storico, sulle origini del Rosario, notevoli gli interventi del P. L. Fanfani, O.P., riguardo alla parte iconografica di cui si ha materia fin dall'inizio del 1400. Così pure lo storico P. A. Walz, O.P., rilevò la presenza di documenti sul Rosario antecedenti la bolla di Sisto IV, i quali pur non essendo pontifici, non mancano di assumere una seria importanza storica. Il P. E. Meersseman, O.P., dell'istituto storico di S. Sabina, comunicava alcuni risultati delle sue dotte ricerche sull'esistenza di documenti del sec. XIII sulla fede popolare riguardo a Maria considerata mediatrice di grazie. Dal punto di vista teologico, apprezzati gli interventi del P. R. Gagnebet, O.P., sulla natura del merito della B. Vergine, e del P. A. Campanale, C.M., sulla mediazione della Madonna”.

Quae sequuntur, etsi non lecta in hac sessione — nondum enim relationes erant habitae — a R.P. Pilastro praeparata sunt et utilia evadunt ad ulteriores labores sectionis dominicanae cognoscendos.

”Mentre le relazioni dottrinali si svolsero in un'aula del Pont. Ateneo Lateranense assieme ad altre 31 sezioni organizzate da società mariologiche nazionali o da ordini ed istituti religiosi, le relazioni pratiche ebbero luogo alla sala 'Beato Angelico' della Minerva.

Tema della prima relazione del 29 ottobre: 'La Confraternita del S. Rosario'. Relatore: il P. Marcelliano Llamera, O.P., spagnolo, professore allo studio generale di Valenza. L'uomo è sociale e la Confraternita del Rosario è la prima forma sociale rosariana. Se la Confraternita del Rosario non è più all'altezza dei suoi tempi migliori, non lo si deve alla mancata efficacia dei suoi mezzi, ma ad altri motivi. L'efficacia della Confraternita è quella del Rosario, che non viene mai meno, meglio conseguita dai vantaggi dell'associazione, la quale tende a valorizzare sempre più il Rosario, vive intensamente la comunione dei santi con lo scambio dei beni spirituali dei confratelli e degli stessi religiosi domenicani, benefica di innumerevoli indulgenze e suffragi.

Tema della seconda relazione dello stesso giorno: 'Il Rosario Perpetuo'. Relatore: il P. Stefano Orlandi, O.P. Il Rosario perpetuo è un ramo fiorente della Confraternita del Rosario. Ogni iscritto si obbliga a recitare in un'ora stabilita del mese (ora di guardia) il S. Rosario. Il P. Orlandi che da venti anni è in Italia il direttore dell'associazione ne tratteggiava, con l'autorità che gli viene dall'esperienza in questa forma di apostolato mariano, le caratteristiche e lo sviluppo consolante, sebbene un po' rallentato in questi ultimi anni (circa 25.000 iscritti ogni anno, prima dell'ultima guerra; ora circa 15.000).

Tema della prima relazione del 30 ottobre: 'La Crociata del Rosario'. Relatore: il P. Giuseppe De Dainville, O.P., francese, direttore della 'Croisade du Rosaire'. Grafici e statistiche esposte all'entrata della sala 'Beato Angelico' già avevano

fatto conoscere l'importanza di questo movimento rosariano organizzato. Si tratta di una crociata di preghiere e di un metodo di predicazione diffuso ormai in quasi tutte le nazioni che il fervente oratore illustrò in tutti i suoi aspetti.

Tema della seconda relazione dello stesso giorno: 'Il 'Rosario Vivente' tra i fanciulli'. Relatore: il P. Michele Vasino, O.P., piemontese, promotore generale, per l'Italia, dei piccoli rosariani. Il Rosario vivente è il secondo ramo fiorense della Confraternita del S. Rosario. Ogni iscritto si obbliga a recitare ogni giorno una decade considerando un mistero che ogni mese gli viene indicato dalla zelatrice. Bisogna attirare i bambini secondo la loro psicologia: ecco l'effetto verso la Mamma celeste; secondo la via più pedagogica: una breve decina di Ave Maria, ma detta bene; secondo la via più utile: il raccoglimento della preghiera, tanto necessaria alla dissipazione dei fanciulli; secondo la via più rispondente ai tempi moderni che ci chiedono concordia e collaborazione: unione con gli altri fanciulli per formare la recita di un rosario intero. Questi i punti illustrati con vero calore dal P. Vasino, che da anni è apostolo infaticabile della diffusione del Rosario vivente tra i fanciulli.

Alla chiusura del congresso due voti furono formulati, rispettivamente dalla parte dottrinale della sezione e dalla parte pratica.

Il primo voto, già trasmesso alla direzione del congresso mariano internazionale auspica che 'la radio vaticana trasmetta ogni sera, nelle principali lingue e nell'ora conveniente, la recita del S. Rosario'.

Il secondo voto, che esprime in se stesso anche tanti altri proposti, in quanto direttamente o indirettamente li realizza, auspica che 'dall'Autorità dell'Ordine Domenicano venga costituito a Roma un centro organizzatore e coordinatore di tutte le attività rosarie (Confraternita del S. Rosario, Rosario Perpetuo, Rosario Vivente, Crociata del Rosario), che ne assicuri la vitalità e la diffusione benefica'.

2. - *Sectio Franciscana*

Activitatem sectionis particularis franciscanae R.P. Caietanus Stano, O.F.M.Conv., sectionis vicepreses, sic complexus est:

"Sectio franciscana proprium se legit thema edisserendum in suis coetibus penes congressum mariologicum internationalem: 'De cultu assumptionis B. M. Virginis in Franciscali Ordine'. Idque ob duas potissimum rationes: *a)* quod in hodierno motu — qui dicitur — assumptionistico, praesertim recentioribus hisce annis, franciscales fervidam partem habuerunt; *b)* quod doctrina et cultus assumptionis peculiari honore et splendore in Ordine Seraphico, inde ab eius primordiis, floruisse videbantur.

Itaque ad hanc Ordinis praerogativam aperiendam et illustrandam, quatuor franciscales familiae — vid. Fratrum Minorum, Fratrum Minorum Conventualium, Fratrum Minorum Capuccinorum atque Tertiī Ordinis Regularis S. Francisci — fraterno more vires contulerunt ac proprii coetus respectivam partem seu contributionem investigarunt.

In inaugurali relatione R.mus P. Carolus Balić, O.F.M., praeses congressus mariologici huiusque sectionis præsids, brevem conspectum syntheticum exhibuit

historicae evolutionis doctrinae de assumptione Deiparae in litteratura franciscana, inde a saec. XIII ad nostra tempora; praecipuos magistros cursim recensuit, ac notam theologicam significavit, qua assumptionis doctrina a magistris et scriptoribus franciscanis temporum decursu connotabatur. Quod spectat notionem integralem assumptionis — quae dumtaxat caelestem animae corporisque glorificationem essentialiter importat — cl. relator ostendit mortem quoque ac resurrectionem B. Virginis in litteratura franciscana vix non semper fuisse praecupatam.

Deinde singuli delegati historicum conspectum exhibuerunt ipsis cultus assumptionis in respectivis familiis franciscanis, iuxta ordinem cuiusdam quaestionarii opportuno tempore ad Ordinis provincias transmissi. Pro familia O.F.M. tres distinctas relationes audivimus: P. B. Aperribay, de assumptionis cultu in provinciis hispanis; P. Ae. Caggiano, pro provinciis italicis; P. L. Späting, pro caeteris provinciis tam europeis quam extraeuropaeis; pro familia vero O.F.M. Conv. disseruit P. C. Stano; pro familia O.F.M. Cap. P. Archangelus a Roč; pro Tertio Ordine Regulari P. G. Andreozzi.

Huiusmodi relationibus plures momentosae notitiae acquisitae sunt, quae in universum late ostendunt fervidum franciscanorum studium in cultu et doctrina assumptionis prosequendis, vindicandis, dilatandis.

Huius cultus certa signa, quod sane magni momenti est, deprehenduntur in ipsis Ordinis primordiis atque Seraphici Institutoris pietati apprime consonant. Ipse enim, primaeva sui Instituti sede apud celeberrimum 'Portiunculae' locum constituta, B. Virginem sub titulo 'S. Mariae Angelorum' peculiari religione prosecutus est: quo sane titulo assumptionis mysterium haud obscure significabatur, eo vel magis quod aediculae ecclesiaeque Portiunculae, sicut et alterius ecclesiae in Alverniae monte, titulus liturgicus est ipsa B. Virgo in caelum assumpta ac super angelorum choros exaltata.

Exinde vero plura et illustria monumenta exstant cultus assumptionis in ecclesiis franciscalibus. Ex iis singulari momento ac dignitate praestant, quae in sanctuariorum assisiensi et patavino habentur. In assisiensi nempe S. Francisci basilica mirabilis exstat decoratio pictoria in abside superioris ecclesiae, opera percelebris Ioannis Cimabue (c. an. 1280), qua integra repraesentatio 'cycli' assumptionis, quatuor distinctis scenis (transitus, resurrectionis, assumptionis, coronationis), pulcherrime exhibitetur. Patavii vero, in antoniana basilica, sacellum exstat ab ipso S. Antonio, strenuo assumptionis assertore, exstructum atque B. M. Virgini in caelum assumptae dicatum. Inter alias ecclesias Ordinis, quae explicito titulo assumptionis insigniuntur, antiquitate et celebritate eminent basilica S. Maria Gloriosa dei Frari, O.F.M. Conv., Venetiis, anno certe 1250, probabilius iam an. 1220, B. V. assumptae dicata, quae an. 1518 in abside exceptit opus picturæ omnium celeberrimum de assumptionis mysterio, a Vecellio Tiziano confectum.

Ex praefatis relationibus obtinuimus etiam data statistica de ecclesiis franciscanis B. M. Virgini utcumque, variis sub titulis, dicatis, praesertim mysterii assumptionis sive explicite sive aequipollenter (ex. gr. sub titulo S. Mariae Angelorum): quae tamen non potuerunt exhiberi completa ob notitiarum defectum ex provinciis in nationibus sub regimine communismi athei gementibus. Insuper variae

cultus manifestationes in ecclesiis minoritarum describebantur (sacella, altaria, artis monumenta, etc.); item ritus et pompa externae celebrationis: quae tamen reflectunt, ut plurimum, receptam locorum consuetudinem, nec quidquam peculiare pro franciscanis praeseferunt.

Inter exercitia pietatis Franciscali Ordini propria, quae cultui assumptionis inter fideles propagando haud parum contulerunt, commemoranda est corona septem gaudiorum B. M. V., proprio officio et indulgentiis in Ordine ditata, quae mysteria gloriae B. M. Virginis, corpoream nempe assumptionem ac caelestem exaltationem, expresse commendat.

Quamvis autem investigationes et dissertationes cultum praeprimis intenderent, fieri non potuit quin brevis mentio fieret theologorum, praedicatorum, aliorumque scriptorum singularum familiarum, qui data opera mysterium assumptionis illustrarunt vel evulgarunt. Ex copioso istorum agmine, praetermissis antiquioribus privilegiis marialis assertoribus clarissimis a S. Antonio Patavino et S. Bonaventura ad S. Bernardinum Senensem, nominantur, ex singulis familiis franciscanis, speciminis ergo: 1) pro O.F.M.: Bernardinus de Bustis († c. 1515), qui in parte XI et XII sui *Marialis* fuse disserit de assumptione et gloria Deiparae; C. Del Moral, C. Frassen († 1711), Ludovicus a Castelplanio († 1871), qui in suo celebri mariologico opere copiose de assumptione disserit, R. Buselli († 1889), qui inter fautores hodierni motus assumptionistici merito habetur; - 2) pro O.F.M. Conv.: Robertus Caracciolo († 1495), qui facundas scripsit orationes de assumptione B. Virginis; Georgius B. Salviati († 1520), qui tractatum de assumptione conscripsit; Cornelius Mussus († 1574), qui in suis homiliis atque in *Vita B. M. Virginis* privilegium assumptionis bene illustravit, A. Vulpes († 1647); - 3) pro O.F.M. Cap.: S. Laurentius a Brundusio († 1619), qui de assumptione egregie disserit in tribus disertis sermonibus sui *Marialis*; Carolus Pepoli a Cesena († 1755), qui magnum et fortasse in hoc genere maximum opus italice conscripsit, nempe poëma sacrum *L'Assunzione di Maria Vergine*, 12 cantibus constans, ac 10.536 versibus, quod hucusque manuscriptum iacet; Iosephus a Tremblay († 1638), qui praecipuas partes habuit in celebri voto Ludovici XIII, quo gallica natio an. 1638 B. M. Virgini in caelum assumptae consecrabatur; - 4) pro T.O.R.: insignis historiographus ac theologus F. Bordoni († 1671), qui in suo opere theologicō simul de immaculata conceptione et assumptione Deiparae fuse disserit; item Cyprianus a S. Maria († c. 1651).

Peculiaris insuper relatio, coronidis instar, producta fuit a P. Ae. Magrini, O.F.M., de 'Movimento assunzionistico nell'Ordine Francescano', primum ab an. 1863 ad 1870, deinde ab an. 1870 ad 1945, demum ultimis proximioribus annis, facta etiam mentione 'Petitionum' pro dogmatica definitione quae a franciscanis delatae fuerunt (circ. 120 episcopis, 18 praefectis apostolicis et superioribus missionum sui iuris; insuper ministris generalibus et provincialibus, atque athenaeis Ordinis). Inter culturales vero assumptionisticas celebrationes insignem locum obtinent sex congressus mariales nationales ann. 1947-1949, cura Commissionis Marialis Franciscanae (quae sedem habet in Pont. Athenaeo Antoniano) in variis nationibus celebrati - vid. Italia (1947), Hispania (1947), Lusitania (1947), Argentina (1948), Canada (1948), Gallia (1949). In his congressibus universa doctrina de assumptione B. M. Virginis

sub variis aspectibus (theologico, biblico, patristico, historico, liturgico, artistico) funditus praeoccupabatur; eorumque fructus collectos habemus in sex conspicuis voluminibus editionis *Studia Mariana*.

Talis tantaque contributio ad doctrinam assumptionis sui similem non habuit, atque theologis et studiosis omnibus admirationi est. Iis congressibus addi potest fructuosa 'Hebdomada Studiorum' de assumptione, Florentiae celebrata in conventu S. Crucis O.F.M. Conv., cura studii theologici pro laicis.

Variis relationibus collatis, haec notatu digna obtinuimus: *a)* cultus marialis primarius in Ordine Franciscali, inde ab eius institutione et per priora saecula, ferebatur in assumptionis mysterium; *b)* subsequenti vero tempore, maxime a saec. XVI, praevalere coepit cultus B. M. Virginis sub titulo immaculatae conceptionis, qui, ratione habita defensionis doctrinalis a franciscanis susceptae, paulatim factus est cultus marialis Ordinis princeps, characteristicus ac fere officialis; *c)* exinde tamen ipse cultus assumptionis haud minori studio fovebatur et promovebatur ratione etiam habita indissolubilis fere nexus existentis inter utrumque mysterium, scil. immaculatam conceptionem et assumptionem; *d)* inter eiusmodi cultus praecipuas nobilioresque manifestationes accensentur eximia artis monumenta sane multa, quae influxui et inspirationi filiorum S. Francisci debentur et in eorumdem praesertim ecclesiis passim conspicuntur.

E.mus ac R.mus Dom. card. Clemens Micara, ep. suburb. veliternus et S. R. C. praefectus, necnon duarum familiarum franciscalium (O.F.M.; O.F.M. Cap.) protector vigilantissimus, huic nostrae sectioni praesidere eiusque laboribus finem imponere dignatus est, fervida habita allocutione, qua, coetus conclusiones complexus, cunctos S. Francisci filios hortatus est, ut maiorum exempla secuti, B. Virginis gloriae amplificandae studio magis que fermeantur.

Votum. — Optandum ut, post dogmaticam definitionem assumptionis B. M. Virginis, novum officium liturgicum appareatur, quo partes propriae mysterium spectantes uberiori exprimantur, atque etiam prerogativa regalitatis ipsius B. M. Virginis clarius efferatur".

3. - Sectio Ordinis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum

Hanc de laboribus sectionis perlegit relationem R.P. Nilus a S. Brocardo, O.C.D., sectionis secretarius:

"Premessa una parola intorno al motivo della nostra sezione carmelitana, riferirò in breve sul lavoro compiuto e sui voti formulati.

a) Motivo della sezione. — Ai primi d'agosto, proprio nel punto più saliente di quest'Anno Santo, l'intero Ordine del Carmelo (Antica Osservanza e Riforma Teresiana) celebrò a Roma, in fraterna collaborazione e concorde letizia, un suo congresso mariano internazionale, per commemorare la ricorrenza sette volte centenaria del S. Scapolare. E riuscì una imponente manifestazione di pietà e di studio, con la partecipazione di parecchie migliaia di pellegrini, in gran parte terziari carmelitani, provenienti da tutte le parti del mondo.

Il Carmelo quindi si poteva ritenere, in un certo senso, libero da ulteriori manifestazioni del genere. E ciò spiega la nostra assenza dal novero delle famiglie

religiose che avevano aderito con entusiasmo, fin dall'inizio, a questo grandioso congresso mariologico internazionale. Se non erro, il Carmelo è stato l'ultimo o certamente uno degli ultimi in ordine di tempo a chiedere una partecipazione attiva a questo solenne congresso.

Ma l'amore alla Vergine, che vivo arde nel cuore d'ogni carmelitano, fece sentire più impellenti le sue esigenze, e ci spinse, noi figli del Carmelo Riformato, a inserirci là dove non dovevamo, non potevamo mancare.

E venne organizzata, si può dire all'ultimo momento, una sezione carmelitana con relatori nove padri, O.C.D., di sei nazionalità diverse, rappresentanti otto diverse province dell'Ordine.

b) Lavori della sezione. — Come carmelitani, e cioè come membri di un vestito Ordine religioso totalmente dedicato all'amore, all'imitazione e alla venerazione di Maria, giacchè tutto il Carmelo è pervaso dal sorriso materno di Maria e dall'affetto filiale a Maria ('totus marianus est Carmelus'); e parimenti, essendo i carmelitani votati in modo singolare al culto della vita interiore, a quella vita cioè che si risolve praticamente in esercizio perenne di abnegazione e di orazione alla presenza di Dio ('sine oratione iam nihil est Carmelus'), non si poteva scegliere come tema generale dei lavori della sezione uno più appropriato e più seducente di questo: 'Maria nella vita interiore'.

Il tema non era stato prescelto, nè affrontato ex professo da nessuna delle sezioni già organizzate. A nessuno poi ne sfugge la capitale importanza e la palpabile attualità. Oggi infatti la così detta 'eresia dell'azione' — denunciata con termini esplicativi dal S. Padre Pio XII nella sua recente 'Esortazione' a tutto il clero del mondo cattolico — s'insinua più che mai nel ministero esterno dell'apostolato; e, d'altra parte, l'invadenza apertamente organizzata di una corrente materialista si accanisce nello sforzo di voler abbattere, travolgere e sommergere i supremi valori dello spirito.

In ciascuno dei tre giorni fissati dalla direzione del congresso si ebbero tre relazioni, con l'intento preciso di sviluppare il tema generale in diversi suoi aspetti particolari.

1. Primo giorno, d'intonazione storico-dottrinale. — Esordì il M. R. P. generale Silverio di S. Teresa con la sua 'Prolusione'. Con parola autorevole e chiarificatrice presentava allo scelto uditorio la sezione, mettendone in rilievo l'importanza, l'utilità, e l'alto valore spirituale come partecipazione pubblica dell'Ordine a un congresso specificamente mariano.

Saliva quindi sul palco il R. P. Eliseo della Natività, provinciale di Parigi, il quale discorreva sul tema: 'La Vierge Marie dans l'Ordre du Carmel' prospettando, in larga sintesi storica, la commovente gara d'amore verificatasi lungo i secoli tra la Madonna e il Carmelo: da una parte, l'intervento assiduo di Maria a favore dei suoi 'fratelli' (tale il loro titolo ufficiale) nei momenti più critici e più burrascosi della loro esistenza; dall'altra, il fervore, l'entusiasmo, lo zelo indefesso dei carmelitani nel glorificare la Vergine, decoro del Carmelo.

Il R. P. Pier-Luigi di S. Cristina, vicerettore del nostro Collegio Internazionale, leggeva la sua relazione sul tema: 'Maria nella vita e nel pensiero di S. Teresa di Gesù'. Dopo aver passato in rassegna analitica gli elementi mariali che af-

fiorano negli scritti della S. Riformatrice, egli riassumeva il suo accurato lavoro dicendo che dall'esame delle opere della Serafina d'Avila risulta con evidenza che ella nutrì una vita mariana molto intensa, in perfetta conformità con lo spirito mariano tradizionale del Carmelo; e che con il suo esempio e le sue esortazioni insegna che l'assidua meditazione delle grandezze di Maria e l'imitazione delle sue virtù non sono di ostacolo, ma di grande aiuto al conseguimento dell'ideale contemplativo più puro e più elevato.

2. Secondo giorno, d'intonazione teologica. — Tre docenti di sacra teologia concentrarono i loro sforzi per delineare insieme, nei limiti del possibile, la vita interiore vissuta da Maria, esemplare perfettissimo e tipo eminente d'ogni vita interiore, determinandone il fondamento dogmatico, lo sviluppo mistico, il termine beatifico.

Il primo relatore, P. Nilo di S. Brocardo, prof. di dogmatica nella Facoltà Teologica dell'Ordine, svolgeva il tema: 'La grazia di Maria e i suoi problemi', insistendo di preferenza su gli effetti oltremodo singolari prodotti nell'anima purissima della Vergine dal dono gratuito di Dio, con l'innalzarla a una dignità senza pari e ad un'intimità di rapporti con la SS. Trinità, che non trova riscontro in tutto il creato, naturale e soprannaturale.

Il secondo relatore, R.P. Gabriele di Santa Maria Maddalena, prof. di teologia spirituale nella suddetta Facoltà, s'intratteneva con competenza su: 'Lo sviluppo della grazia di Maria secondo i principi di S. Giovanni della Croce'. Valendosi in larga misura dell'insegnamento del dottore mistico, e fondandosi sulla sua affermazione che la Vergine immacolata fu elevata fin dal principio della sua esistenza allo stato di unione trasformante, descriveva l'anima benedetta di Maria sempre rivestita del raggio della divinità, sempre mossa in tutte le sue operazioni dai doni dello Spirito Santo.

Il terzo relatore della giornata, R.P. Gregorio di Gesù Crocifisso, prof. di dogmatica nel collegio teologico di Begoña (Bilbao), con il suo tema: 'Visión beatífica y asunción', puntava di proposito sul termine e il coronamento della vita interiore della Vergine. Avendo sott'occhio i principi teologici riguardanti l'eventuale passaggio nello stato di giustizia originale alla felicità eterna, discorreva ordinatamente della morte di Maria, della sua assunzione in anima e corpo al cielo, e della sua mediazione universale.

3. Terzo giorno, d'intonazione pratica. — I tre relatori si prefiggevano di mettere in rilievo l'influsso materno che la Madonna esercita nella vita interiore.

Il primo argomento, che s'imperniava precisamente su: 'Influyo de María en la vida interior', venne svolto dal R.P. Ildefonso dell'Immacolata, membro della Società Mariologica Spagnola. Egli ribadiva il fatto che, alla radice di tutto il nostro processo di vita soprannaturale, vige costante — benchè non sempre manifesta né da tutti percepita — una causalità materna esercitata dalla Vergine santissima. Proprio in forza della sua maternità spirituale verso il genere umano, e in base all'esperienza mistica di tante anime privilegiate, va asserito codesto influsso benefico della gran Madre di Dio nella nostra vita soprannaturale.

Il secondo argomento, più specifico del primo, si riferiva all'influsso di 'Maria nella vita del Carmelo'. Viene esposto con delicato senso di pietà filiale dal R.P.

Giovanni di Gesù Ostia, attuale superiore della nostra comunità di Bagdad. Egli dimostrava che la nostra consacrazione a Maria, ossia la vita mariana conforme allo spirito di Maria e a gloria di Maria — così come viene formulata dal Ven. P. Michele di S. Agostino nel suo trattato sulla vita mariaforme e mariana in Maria e per Maria (trattato pubblicato due anni prima che nascesse S. Luigi Grignion de Montfort) — sia un mezzo validissimo per realizzare la 'salita del Monte Carmelo' con le sue notti del senso e dello spirito, che simboleggia l'itinerario di vita interiore seguito dall'anima carmelitana nel suo slancio verso la unione col Signore. Il ricorso costante a Maria equivale a una rinuncia continua alle nostre disposizioni personali; e la presenza di Maria reca un conforto preziosissimo nelle ansietà della notte spirituale. La consacrazione alla Vergine consente a Maria di far gustare alle anime tutta la dolcezza della sua maturità spirituale.

Un degno coronamento ai lavori della sezione veniva posto dal R.P. Luigi di S. Teresa, provinciale della nostra provincia d'Avignone. Egli sviluppò il tema: 'La vie mariale de Sainte-Thérèse de l'Enfant Jésus'. Con finezza psicologica, delineò l'atteggiamento semplice e filiale di colei che, con geniale intuito, diceva di Maria: 'E' più madre che regina'.

c) Voti della sezione. — Al termine dei loro studi, previa relativa discussione, i congressisti approvarono a unanimità i seguenti tre voti. Eccone la formola precisa:


La sezione carmelitana del I congresso mariologico internazionale, constatando con rammarico la leggerezza e la spensieratezza dell'età moderna di fronte ai supremi valori dello spirito, fa voti: 1) che la vita interiore — costante esercizio di orazione e di mortificazione — venga da tutti favorita, promossa, praticata; 2) che nella vita interiore si dia alla SS. Vergine Maria, Madre di Dio e mediatrice di grazia, il posto preponderante che le spetta secondo la dottrina della fede e gli insegnamenti della teologia; 3) che nella pratica della vita interiore, all'influsso materno della Vergine risponda, da parte nostra, un atteggiamento di totale consacrazione e di filiale abbandono — di cui il S. Scapolare è simbolo e stimolo — conforme alla prassi di vita mariaforme e mariana in Maria e per Maria, inculcata dal Carmelo".

4. - *Sectio Ordinis B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum*


Labores huius sectionis ita auditoribus exposuit R.P. Vincentius Mancini, O. de M., secretarius sectionis:

"In celebratione congressus mariologici-mariani internationalis qui nunc Romae habetur tanquam praeludium et praeparatio proxima definitionis dogmatis de assumptione in tam eximio concentu cardinalium, archiepiscoporum, episcoporum, universitatum, nationum, fidelium, clericorum tam saecularium quam regularium non poterat silere humilis vox Ordinis B. M. V. de Mercede, qui ab ipsa sumpsit exordium eamque veneratur ut caput et fundamentum.

In argumentorum selectione sectio mercediariorum duos conceptus fundamentales piae oculis habuit: missionem singularem Mariae et eius cultum.




44. - Sectio franciscana: E.mus Dom. Clemens card. Micara sectioni finem imponit



45. - Sectio Ordinis Carmelitarum Discalceatorum: medius stat prior generalis, R.mus P. Silverius a S. Theresia, circumdatus relatoribus. Ultimus, inde a sinistra, secretarius sectionis, R. P. Nilus a S. Brocardo

46. - Sectio Ordinis B. Mariae de
Mercede Redempcionis Captivo-
rum: sectioni praesidentes. Medius
sedet magister generalis, R.mus P.
Alfridus Scotti, et a dextris eius
R. P. Vincentius Mancini, secre-
tarius sectionis



47. - Sectio Ordinis Servorum Mariae: auctoritates. Medius R.mus P. Alphonsus Benetti,
prior generalis; a dextris eius R. P. Basilius M. Salvatori; a sinistris R. P. Benitius Botta



48. - Sectio Clericorum Regularium a Matre Dei: Ill.mus Dom. Marius Cingolani sermonem tenet. A sinistris eius R.mus P. Nicolaus D'Amato, rector generalis. In mensa separata R. P. Fortunatus Ceccardelli, secretarius



49. - Sectio Congregationis SS. Redemptoris: praesidet R.mus P. Leonardus Buys, rector maior; a dextris eius R. P. Clemens Henze, a sinistris R. P. Andreas Sampers, secretarius sectionis



50. - Auditores unius ex quinque sectionibus Presbyterorum Missionariorum Societatis Mariae (Montfortanorum)



51. - Sectio montfortana gallica: auditorum pars

Prima vero pars quaestiones historicoo-theologicas, altera autem pietatem Ordini nostro peculiarem praesertim respicit; atque omnes formae marianismi mercedarii summatim comprehenduntur in multo et systematico programmate.

Sessio inchoatur brevi gratoque nuntio R.mi P. magistri generalis Alfridi Scotti, in quo gratulatur de participatione mercedariorum congressui et benedicit labo-ribus et cooperatoribus. Themata primi diei et pars secundi copiose persecuta sunt mariologorum mercedariorum doctrinam de singulari missione Virginis, praesertim Sylvestri de Saavedra, qui inter primos mariologos facile adscribi potest. De eius vita, opera et singulari ingenio disseruit P. Rochus Rosca.

Expositio dogmatica divinae maternitatis ut fundamentum immaculatae conceptionis diligenter facta est a R.P. Ioseph M. Delgado. Thema magnae extensionis duobus punctis compendiatur fundamentalibus: maternitas et immaculata conceptio, quae ex se ipsis ducunt ad assumptionem. Qui fuit ordo chronologicus in privilegiis B. M. Virginis proclamandis, ut bene observat orator, est etiam ordo logicus.

Maternitas divina est, sicut unio hypostatica et gratia in nobis, forma intrinseca propter quam potentia Mariae elevatur supernaturaliter et intrinsece ordinatur ad generationem Verbi Incarnati. Cum B. V. Maria fuerit a primo instanti suaे conceptionis obumbrata gratia maternitatis, non tamen in actu, sed in potentia, cum qua minime componi potest omnis macula originis, immo debitum contrahendi, sequitur quod ratione maternitatis Maria fuit immaculata. Cum caro Mariae sanctificata sit a primo instanti vi maternitatis supernaturalis, sequitur eam pati non posse ullo modo corruptionem sepulchri. Paucis: assumptio ex immaculata, immaculata ex divina maternitate.

R.P. Lucas Donnelly elegit ex systemate P. Saavedra argumenta magnae actualitatis: de satisfactione et merito B. M. Virginis corredemptricis. Brevi peracta introductione circa thematis actualitatem eiusque in mariologia momentum, expositionem problematis de merito Virginis corredemptricis fecit. B. V. Maria dici debet mereri de condigno ex aequalitate, ratione divinae maternitatis, cuius proprium est dignitatem et aequalitatem operibus ab ipsa peractis stricte conferre, aeterne beatitudinis praemio proportionatas. Notat tamen in mente auctoris rem esse tantum de possibilitate, non vero de facto, in quo exceptionem admittit pro aliquibus; habitualem modum negans propter inconvenientiam cum ordine providentiae quae unum caput statuit pro universa Ecclesia. Quod attinet satisfactionem, per Virginem peractam, strictae satisfactionis et factum et possibilitatem negat.

P. Alfridus Pérez, magister studiorum in collegio maiori de Poyo, copiose et facunde evolvit notionem de primatu Virginis, sociatae inseparabiliter Christo Redemptori, iuxta theologos mercedarios, et de singulari missione cui eam Altissimus praedestinavit. Auctor paucis persolvit doctrinam aliquorum Ordinis nostri theologorum, v. g. S. Petri Paschasi, Salmeron, Oña, etc., et deinde exponit competentia et claritate doctrinam Ioannis Prudentii circa primatum Christi eiusque Matris.

Altero die praecipue actum est de assumptione Mariae in caelum secundum doctrinam theologorum mercedariorum et prout thesim hodierni theologi propo-

nunt. Argumentum princeps explanavit intelligentia et profunditate R.P. Martinus Ortúzar, S. theol. magister. Orator, ut partem praecipuam suae dissertationis, praebuit doctrinam Petri de Oña et Salmeron, quae est fundamentalis et traditionalis in ordine B.M.V. de Mercede: *a) Maria mortua est vere et realiter, quia mori est conditio naturae humanae; b) mortua est ratione contemplationis altissimae; c) corpus Deiparae non erat obnoxium corruptioni mortem subsequenti.*

Assumptio B. M. Virginis in revelatione et in traditione, eius definibilitas tanquam dogma a R.P. Vincentio Ignelzi tractata est. Schematicce historia assumptio-nis ita exhibetur: traditio oralis (saec. I-III), apocryphi (IV-V), cultus publicus et festivitas liturgica (a V saec.), testimonia Patrum et sequentium scriptorum, controversia carolingia, fides unanimis in omnibus ecclesiis, controversia post Lutheri haeresim, petitiones, praecipui oppositores.

Definibilitas autem constat ex revelatione, ex traditione, et est conveniens et utilis.

Veritas assumptionis, e mysterio immaculatae conceptionis desumpta, illustrata est a R.P. Mario Rossi.

Definitio immaculatae conceptionis viam patefecerat ad definitionem assumptionis. 'Dubium non est quin, uti affirmavit Pius IX, eo modo quo a fidelibus creditur, assumptio ex conceptione immaculata consequatur'. Eius conclusio est: in immaculata conceptione continetur implicite revelatio gloriosae Mariae corpore et anima in caelum assumptionis.

De B. V. Maria in eius Ordinis de Mercede institutione R. P. Raymundus Serratos, S. theol. magister, locutus est. Orator ex duplice facto historico (nomen ac ecclesia matrix Ordinis Barcinone) probat interventionem supernaturem Deiparae in Ordinis de Mercede institutione. Quod confirmatur ex heroicitate quarti voti et ex approbatione quam S. Sedes missae et officio de Mercede dedit.

Tractatio R.P. Raymundi Sanjurjo, directoris ephemeridis *La Merced* (Madrid), de mariologis mercedariis in tres partes dividitur: *a) theologi; b) praedicatores; c) magistri spiritus.* Praetermissis S. Petro Paschasio, Sylvestro de Saavedra, Petro de Oña, auctor loquitur de Ioanne Prudentio, Antiocho Brondo, Petro Machado, Joseph Pintre, Marco Salmeron, Ildephonso Remon, Francisco Boil, Christophoro Gonzales, et aliis.

In tertia sessione actum est de speciali cultu B. M. Virgini tributo in Ordine de Mercede. P. Amerius Sancho Blancho locutus est de Ordine Mercedis et Maria (constitutiones, ecclesiae, publica ac privata veneratio, sanctuaria, etc.).

Spiritualitas mariana mercedaria vero illustrata est a R.P. Joseph Crespo Pozo, ex Regali Academia Galiciarum: de spiritualitate mariana in origine, traditione doctrinali et hagiographica, spiritualitate mariana in tertio ordine de Mercede.

R.P. Benvenutus Lahoz, S. theologiae magister, de voto sanguinis et Marianismo mercedario disseruit. Sic dictum 'votum sanguinis' quod sodales Ordinis de Mercede sollempniter (olim et etiam nunc) emittebant in pignus manendi, etiam cum detimento propriae vitae usque ad effusionem sanguinis, ut captivos redimerent sub servitute saracenorū in periculo fidei constitutos, semper a Romana Ecclesia et ab ipso Ordine habitum est ut mandatum a B. Virgine et S. Petro Nolasco im-positionum cum fundationem praedicti Ordinis revelasset. Historice constat sacrificium:

propriae vitae, quod coram Deo pro redemptione captivorum ultro offerebant mercedarii redemptores, oblatum fuisse mediatione B. M. Mariae, fundatrix eiusdem Ordinis, et simul in testimonium subjectionis qua se constituebant servi; et captivos Matris Dei et hominum. Ipsa Virgo est principium et fundamentum tantae et tam excellentis erga captivos consecrationis et devotionis, nam dogma mariana corredectionis, singulare exemplum in universo saeculorum decursu, creditum est a mercedariis in exercitio redemptiois captivorum.

De nostra consecratione Mariae egit R.P. Aloysius Aquatías, definitor generalis. Nixus forma historica devotionis mariana in Ordine de Mercede disserit praesertim de servitute Mariae, prout in Ordine in usum venit iam ab initio. Commendans vero practicam huius servitutis votum facit ut ista pia practica promoveatur apud omnes fideles qui nondum eam possident et ideo gaudere omnes non possunt de eius salutaribus fructibus.

Sectio sequentes conclusiones et vota fecit:

1. Humiliter petere a Romano Pontifice, f. r., declarationem dogmaticam corredectionis, mediationis, regalitatis atque spiritualis maternitatis sanctissimae Virginis;
2. Propagare, in proximique deducere servitatem marianam pro qua mercedarii multum adlaboraverunt et adlaborant;
3. Cognitionem mysteriorum et praerogativarum Matris nostrae auxilio catechismi popularis B. M. Virginis omnibus populis accomodati divulgare".

5. - Sectio Ordinis Servorum Mariae

De illa relationem praebuit R.P. Vincentius M. Buffon, O.S.M., vice-rector collegii internationalis S. Alexii, in Urbe:

"1. Introductio R.mi P. Alphonsi M. Benetti, prioris generalis.

Elementa essentialia: *a)* Gaudium totius Ordinis exprimit pro sollempni definitione assumptionis et pro activa participatione ad felicem exitum congressus mariologici; *b)* Describit bonitatem, pulchritudinem ac sublimem magnitudinem Virginis simul cum peculiari finalitate Ordinis Servorum, cuius est servitium praestare gloriosae reginae; *c)* Affirmat voluntatem omnium fratrum O.S.M. assidue in posterum adlaborandi ut magis honor Deiparae augeatur tum quoad cultum tum quoad scientificam cognitionem.

2. Relatio P. M. Aloysii M. Rossi: 'L'Assunzione e l'Ordine dei Servi di Maria' (storia - arte).

Elementa essentialia: *a)* Ordo Servorum, ab origine Virgini mancipatus, semper (saltem generatim) assumptionem coluit et hoc desumitur sive ex sensu quo saec. XIII in nostris documentis B. M. Virgo 'gloriosa dicitur', sive ex traditione quoad diem initii Ordinis, sive ex paraliturgia assumptionistica, sive ex scriptis auctorum in quibus habetur aliquid 'peculiare' quoad assumptionem; *b)* Enumerantur et describuntur varia antiquiora et praecipua coenobia et ecclesiae Ordinis quae B. M. Virgini in caelum assumptae dicata fuerunt.

Conclusio: Cultus assumptionis est pro Servis Mariae familiaris et traditionalis iam ab ipsa Ordinis origine, scil. a saec. XIII.

3. Relatio P.M. Gabrielis M. Roschini: 'L'Assunzione e i teologi dell'Ordine dei Servi di Maria'.

Elementa essentialia: *a) Desumuntur et examinantur textus ex scriptis 22 theologorum a saec. XIV ad XX, quorum praecipui sunt: Laurentius Opimo, Ambrosius Spiera, Paulus Attavanti, Ioannes Angelus Lottini, Ioannes Franciscus Poggi, Caesarius Shguanin, Constantinus Battini, Ioachim Dourche, Ioseph Albarelli et E.mus card. Lépicier; b) Ex hoc examine R.P. Roschini affirmat: 1. Theologos omnes factum assumptionis corporeae unanimiter profiteri, sine ulla dubitatione; 2. Omnes, tribus exceptis, mortem et resurrectionem Deiparae aperte admittere; 3. Secundum aliquos veritas esset de fide, dum pro aliis licet non sit de fide, ita tamen certa exhibetur ut 'sine temeritatis nota negari non possit'; c) Indicantur argumenta a theologis allata sive ex Scriptura sive ex traditione et ratione theologica ad veritatem illam demonstrandam.*

4. Relatio P. Hyacinthi M. Giuriato: 'L'iniziatore del movimento assunzionistico, il P. Cesario Shguanin'.

Elementa essentialia: *a) Indicantur variae quaestiones ab auctore tractatae, praesertim in sermonibus, scil. praedestinatio, immaculata conceptio, plenitudo gratiae, scientia ac usus rationis, primatus super omnes creatureas ac dolores B. V. Mariae; b) Speciatim describuntur affirmationes quoad assumptionem et quidem: 1. documentum quo P. Shguanin a Clemente XIII definitionem petit assumptionis B. M. Virginis in caelum cum anima et corpore; 2. nexus inter assumptionem et immaculatam conceptionem; 3. Circumstantiae mortis seu transitus B. M. Virginis; 4. Rationes theologicae pro assumptione corporea.*

Conclusio: P. Shguanin primus inter theologos definitionem assumptionis petiit.

Die 25 octobris

1. Relatio P. Iosephi M. Besutti: 'I Servi di Maria ed il movimento mariano contemporaneo'.

Elementa essentialia: *a) Describit activitatem mariannam Ex.mi Domini F. Stagni (prior generalis Ord. Servorum, archiep. aquilanu, delegatus apostolicus in Canada) qui in congressu mariano anni 1904 Romae habito munere secretarii generalis functus est; b) Quoad doctrinam theologicam indicantur praesertim duo auctores: E.mus card. Lépicier qui primus tractatum de B. M. Virgine organice constituit et R.mus P. Gabriel M. Roschini qui perplura opera mariana sive scientifica sive vulgarizationis typis edidit; c) Activitas mariana in Ordine ab anno 1939 intensior fit per publicationem novae ephemeredis scientificae theologicae *Marianum*, per constitutionem bibliothecae marianae, per alias peculiares activitates, praesertim *Ragguglio Mariano*, *Agenzia del libro mariano*, *Encyclopaedia marialis* (quae est in votis).*

2. Relatio P. Petri M. Pennoni: 'La regalità di Maria e la diffusione del suo regno'.

Elementa essentialia: *a) Regalitas Mariae in Ordine Servorum iam a primis annis affirmatur et hoc appareat sive ex documentis sive ex ipsa prima acceptione nominis 'Servi' sive ex ritu coronationis B. M. Virginis in sabbato sancto; b) Regalitas autem Mariae in ipso sensu Ecclesiae fundatur et exprimitur praeser-*

tim in liturgia et in Patribus, qui loquuntur de excellentia et de quodam dominio Virginis; *c)* Fontes regalitatis Mariae sunt: maternitas divina et cooperatio ad redemptionem. Exercet autem hanc regalitatem seu dominium per efficacem, universalem et necessariam potestatem impetrandi ac per arcanam vitae communionem in corpore mystico Christi; *d)* Extensio regni B. M. Virginis, caeteris servatis, com-mensuratur regno Christi.

Die 26 octobris

1. Relatio P. Iacobi M. Keane: 'La regina dei martiri e l'Ordine Servitano'.

Elementa essentialia: *a)* In ascetica servitana peculiare momentum obtinet cultus B. Virginis Perdolentis. Haec autem devotio maxime convenit naturae humanae doloribus et peccatis obnoxiae; *b)* Historia cultus B. V. Perdolentis intime connectitur cum historia Ordinis Servorum Mariae, qui decursu temporum diversis in modis hanc particularem devotionem inter fideles alacriter promovit; *c)* Nostris temporibus particularem successum obtinuit sive in Statibus Foederatis Americae sive in aliis nationibus pia praxis a patribus Ordinis Servorum instituta sub nomine 'Novendialia perpetua in honorem Virginis Dolorosae'. Haec devotio confirmari videtur ab apparitionibus quae Fatimae habitae sunt anno 1917. B. Virgo appetet praesertim ut Virgo Dolorosa.

2. Relatio P. Aloysii M. Pazzaglia: 'La servitù mariana (fondamenti, dignità, efficacia santificatrice)'.

Elementa essentialia: *a)* Servitus mariana exigit ex parte fidelium: perfectam cognitionem, ferventem amorem et iugem imitationem una cum suiipsius donatione; *b)* Argumenta pro hac devotione sunt: 1. Intima et arcta dependentia inter servitutem et regalitatem Mariae, ex qua servitus fluit tanquam consequentia necessaria; 2. Practica et perfecta applicatio consecrationis a Summo Pontifice perfectae die 8 decembris; *c)* Praestantia et efficacia servitutis mariana desumitur ex dignitate B. M. Virginis et ex fructibus qui ex hac devotione eruuntur; *d)* Unde omnia fiunt: 1. ut haec devotio apud fideles augeatur per conciones, per editionem librorum, per spiritualem directionem; 2. ut Ordo Servorum Mariae speciali modo adlaboret ut hanc devotionem tanquam propriam divulget atque propugnet.

3. Conclusio R.mi P. Alphonsi M. Benetti, prioris generalis.

Elementa essentialia: *a)* Votum exprimit ut in nostro Ordine magis cognoscantur activitates, opera, scriptores, ea scilicet omnia quae cultum Deiparae respiciunt; *b)* Admonet ut ab omnibus cultus Virginis Perdolentis et servitus mariana particulari modo foveantur; *c)* Tandem nomine totius Ordinis Servorum B. M. Virginis votum facit pro institutione peculiaris festivitatis in honorem regalitatis Mariae; festum regalitatis esset enim veluti consequentia definitionis assumptionis B. M. Virginis et coincidit analogice cum festivitate regalitatis Christi".

6. - Sectio Ordinis Clericorum Regularium a Matre Dei

De huius sectionis laboribus Ex.mus Dom. Carolus Baldini, ep. clusinus et pientinus, haec verba retulit:

" Nelle tre sedute della sezione riservata all'Ordine dei Chierici Regolari della Madre di Dio, tenute nei giorni 24, 25, 26 ottobre presso il Laterano sotto la direzione del R.mo P. Nicola D'Amato, rettore generale dell'Ordine, dopo una prima presentazione del pensiero mariano di S. Giovanni Leonardi, fatta da Mons. Carlo Baldini (vescovo di Chiusi e Pienza, O.M.D.), Mons. Alfonso De Sanctis, vescovo di Todi, ha parlato della 'Mediazione di Maria'; il P. Mario Feroci, O.M.D., ha raccolto un florilegio interessantissimo di episodi e di attività mariane svolte nell'Ordine della Madre di Dio, richiamandosi soprattutto alla incontrastata gloria di un suo religioso, il P. Salvatore Bongi, che sostenne, come consultore della Sacra Congregazione dei Riti, la legittimità del culto al Cuore di Maria e ne ottenne la messa e l'ufficio l'anno 1799.

Nell'ultimo giorno si sono succeduti i PP. Roschini e Balić, che hanno portato il loro contributo di studio su due insigni autori mariani dello stesso Ordine della Madre di Dio: il P. Ippolito Marracci e il P. Bartolomeo Beverini. Ha concluso la serie degli oratori l'On. Mario Cingolani, che da par suo ha illustrato il culto di una antica immagine della Vergine, le cui origini sono legate alle prime origini del culto mariano in Roma.

A me l'onore e l'onere di riepilogare nel breve spazio di tempo consentitomi quanto è stato detto nelle sezioni di studio.

L'Ordine della Madre di Dio s'inserisce in quel magnifico movimento di controriforma che diede alla Chiesa famiglie religiose (dai teatini ai gesuiti, dai barnabiti ai somaschi, dai ministri degli infermi agli scolopi); e diede magnifici nomi di santi che costellano della loro luce il cielo della storia di quel sec. XVI: Gaetano Thiene, A. M. Zaccaria, Ignazio di Loiola, Carlo Borromeo, Filippo Neri, Gir. Emiliani, Camillo di Lellis, Francesco Caracciolo, Giovanni Leonardi e G. Calasanctio.

E' interessante notare quale fu l'influsso di Maria, di cui la Chiesa canta: 'cunctas haereses sola interemisti in universo mundo' nella vita e nell'opera di questi santi fondatori, che sorsero per opporsi all'eresia invadente. Ma prima mi sia concesso 'per incidens' notare come già la riforma protestantica, negando la legittimità del culto alla Vergine, parta da una colpa che spiega molte cose del precipitare degli eresiarchi nell'aperta ribellione, e del venir meno alla fede da parte di intiere popolazioni. L'abbandono del culto ufficiale e pubblico a Maria era stato indubbiamente preceduto da un rilassamento individuale e sociale della pietà mariana; e quella che a prima vista potrebbe essere giudicata una conseguenza dell'errore, era forse la causa, una di quelle cause che sfuggono agli storici, ma che rientrano nelle ragioni di Dio. Comunque si voglia sentire intorno a questo fatto, è evidente l'intervento benefico di Maria nell'ora tragica che attraversò la Chiesa in quel secolo: intervento nella economia ordinaria della grazia, per cui intiere popolazioni furono preservate dalla eresia per la viva loro devozione alla Vergine; e intervento soprannaturale nelle apparizioni fatte ai santi fondatori all'inizio delle loro opere.

Nella cappella di S. Maria Maggiore appare a S. Gaetano Thiene nel Natale del 1517 a un anno appena dalla sua prima messa; a S. Ignazio di Loiola per confermare l'animo subito dopo la conversione e poi mentre matura il suo disegno

di azione nella grotta di Manresa; a S. G. Emiliani per spezzarne le catene del corpo e dell'anima, mentre era prigioniero a Treviso; e appare a S. Giovanni Leonardi a confermarne i primi passi e gli ultimi istanti della vita. Per queste apparizioni che si moltiplicano per ogni fondatore, possiamo ben dire che tutti gli ordini religiosi della controriforma sono sorti dietro ispirazione di Maria.

Due di questi ordini da lei presero anche il nome: quello fondato da S. Giovanni Leonardi che inizialmente si chiamò 'della Beata Vergine Assunta in cielo' e successivamente 'della Madre di Dio', e l'ordine di S. G. Calasanzio, che porta lo stesso nome della Madre di Dio con l'appellativo di 'Poveri', per distinguersi dal primo, ma che è conosciuto con il nome delle 'Scuole Pie' dalla missione specifica dei suoi membri. Ma il semplice nome non darebbe ai Chierici Regolari della Madre di Dio il diritto di figurare in queste assise, se non vantassero in pari tempo la gloria particolare di un culto, che caratterizzò l'opera del santo fondatore e dei suoi figli, tutta ispirata ad esaltarne le glorie nella vita e negli scritti, quasi un voto che si aggiunge ai tre voti comuni ad ogni ordine religioso.

S. Giovanni Leonardi fece della devozione mariana il fondamento della sua pedagogia. Sacerdote a trenta anni, raccoglie intorno a sé una schiera di giovani aspiranti alla vita religiosa in una chiesa dedicata alla Madonna, e dalla Madonna riceve il conforto in una apparizione, quando la persecuzione imperversa e minaccia di far crollare la sua opera.

Pensa alla gioventù che in una città ricca e dedita ai commerci e ai piaceri difficilmente si può mantenere pura e fonda in Lucca una congregazione, che dopo quasi quattro secoli ancora vive e prospera, educando anime cristiane, avviate all'apostolato e alla santità, come nel caso di Renato Masini, morto recentemente in concetto di santo, che fu per anni ed anni prefetto della sullodata congregazione.

Manda i suoi figli nelle campagne a insegnarvi la fede e sfrutta la facile vena poetica del popolo toscano per comporre canzoni di lode a Maria e insegnarle a quelle popolazioni, che finiranno con il cantarle durante i lavori agricoli al posto degli stornelli, degli strambotti e delle strofe amatorie allora in voga. Sono gli inizi dell'apostolato mariano, ma tutta la vita, tutta la multiforme attività del nostro santo, di cui canta la Chiesa nell'introito della messa: 'Sol illuminans per omnia respexit' ha un carattere tipicamente mariano: pellegrino ai santuari di Maria, riformatore di ordini mariani (i benedettini di Montevergine, i vallombrosani e i servi di Maria); visitatore apostolico di santuari, come quello dell' 'Arco' presso Napoli; rettore di chiese dedicate a Maria, come lo sono tutte quelle dell'Ordine; e infine risvegliatore del culto a Santa Maria in Portico, immagine insigne che aveva raccolto dalla Roma pagana l'eredità del culto alla madre degli dei nobilitandolo nel culto alla Madre di Dio nel popoloso quartiere dell'VIII Regione 'ad elephantem'. E quando sfinito dalle fatiche dell'apostolato si distenderà quasi moribondo sopra una dura cassa, per aver ceduto il suo letto di foglie a un fratello ammalato, non farà meraviglia se la Vergine apparirà nuovamente al suo servo fedele in una visione radiosa che lo fa esclamare: 'Oh, se vedeste... Oh, se vedeste...!' .

I suoi scritti? Non mancano del santo libri di largo respiro, come il memoriale a Paolo V sulla riforma della Chiesa; ma la sua produzione letteraria, non piccola e non scadente, ha tutto carattere catechetico e mariano. Tra questi ultimi libri notiamo le sue sessanta meditazioni e i suoi sermoni intorno alla Vergine.

E l'esempio del padre non poteva non passare ai suoi figli. Nelle sezioni di studio due particolarmente tra essi hanno avuto l'onore di essere illustrati dal P. Balić e dal P. Roschini. Il primo ha parlato di Bartolomeo Beverini, umanista del seicento (traduttore fra l'altro dell'Eneide in ottava rima), il quale con uno stile latino brillantissimo e denso di pietà e di dottrina tratta della morte corporea di Maria prima della sua assunzione al cielo. E' da pensare che lo studio del P. Beverini costituisca quanto di più completo in materia esista tra i dottori e gli autori della Chiesa, se la sua opera è stata in questi giorni ristampata a cura dell'accademia promotrice del presente congresso come tributo alla prossima solenne definizione.

Il P. Roschini ha invece parlato dell'opera di un altro figlio di Giovanni Leonardi, che egli stesso definisce 'il più grande autore mariano di ogni tempo': il P. Ippolito Marracci.

Era il più anziano di quattro fratelli, religiosi tutti della Madre di Dio e tutti e quattro destinati a lasciare una traccia nel campo delle lettere. Ma chi più di tutti si distinse fu il nostro Ippolito.

Tutta la sua vita è dedicata alla Madonna. Della Vergine si chiamò schiavo, redigendo l'atto di schiavitù col proprio sangue; a lei affidò la sua opera di superiore, elevandone l'immagine nel punto più frequentato della casa; a lei riserbò tutta la sua attività di scrittore. E fu questa di una tale fecondità prodigiosa da farla riguardare dai contemporanei quasi un miracolo. Dobbiamo a lui la prima completa bibliografia mariana; rifà la storia del culto a Maria dalle prime origini del cristianesimo al suo tempo (sec. XVII) in ben 9 volumi in folio, e se segue i criteri del momento in fatto di critica storica, la sua fatica rimane sempre una fonte preziosa di consultazione. Maria nei suoi titoli più belli che tutti raccolgono in 18 libri dal titolo *Polyanthea mariana*; Maria nelle sue prerogative più fulgide, l'immacolato concepimento e la sua assunzione furono al vertice dei suoi pensieri.

Nella impossibilità di fare un sia pur breve esame delle sue opere, lasciamo ai numeri la eloquenza: 115 volumi tra manoscritti e stampati e tutti intorno a Maria. Questa pietà mariana unita alla santità della vita han fatto nascere in molti il desiderio di vederlo incamminato sulla via degli altari, come il cavaliere dell'immacolata concezione, privilegio ch'egli ha sempre difeso e per il quale ha subito persecuzioni e carcere.

E non si può dire terminata la relazione delle nostre sedute, senza fare una parola di quello che l'On. Mario Cingolani ha detto intorno a S. Maria in Portico, l'antichissima immagine di Maria in onore della quale Alessandro VII edificò l'attuale chiesa di Campitelli e alla quale è legato il voto del digiuno che si osserva a Roma per il 1º di febbraio. La storia di questa icona che si venera in Roma da oltre 14 secoli fu tratteggiata come in un magnifico diorama dalla parola del senatore Cingolani, che terminò con il ricordare come nel 1924, a termine

di un congresso mariano romano, l'immagine fu portata dalla sua chiesa a S. Pietro con lo stesso itinerario che percorrerà fra giorni l'immagine sorella di S. Maria Maggiore: l'una detta 'Salus populi romani', l'altra 'Portus romanae securitatis'".

7. - Sectio Congregationis SS. Redemptoris

Summarium laborum sectionis ita praebuit R.P. Clemens Henze, C.S.S.R., director periodici *Annales C.S.S.R.*:

"Quae de nostra sectione leguntur in programmate congressus, p. 23 et sequenti, hic non repetuntur. Tempus pretiosum est: rarum carum! Singulis tribus diebus tractabatur a nobis thema speciale, nostri Instituti proprium, attamen simul quodam sensu universale.

Ac primo quidem die thema nostrae sectionis erat ille liber S. doctoris Ecclesiae Alphonsi de Ligorio, qui inscribitur *Le glorie di Maria*, qui hoc mense octobri ante duo saecula prima vice Neapoli prodit et exinde saltem in 18 varias linguas conversus, saltem 752 diversas editiones consecutus est. Est ergo vero sensu liber oecumenicus, universalis.

De eo sub aspectu historico-litterario egit meus confrater neapolitanus R.P. Dominicus Capone; sub aspectu theologico notissimus mariologus R.P. Clemens Dilenschneider, C.S.S.R., qui huic operi mariano sui fundatoris duo egregia volumina dedicavit, inscripta: *La mariologie de St. Alphonse*; tandem sub aspectu pastorali R.P. Paulus Hitz, C.S.S.R., qui de eodem arguento suam thesim laudream scripsit et brevi integrum monographiam publicaturus est.

Occasione huius II centenarii in hoc opus marianum S. Alphonsi, quod non senescit, sicut non veterascunt libri inspirati, liceat denuo attentionem orbis catholici attrahere; nam etiam nostrae aetati commendatur mariana devotio S. doctoris Alphonsi, utpote plane solida et in sana theologia fundata, simul tamen adeo sobria, simplex, cunctis pervia, uno verbo vere catholica et universalis.

Argumentum secundi diei erat illa imago Deiparae, quae est quasi iconographica expressio dicti libri alphonsiani, et ipsa quoque miro modo inde ex a. 1866, quo in ecclesiam S. Alphonsi de Urbe venit, evasit oecumenica. Intelligimus sacram imaginem B. M. Virginis de Perpetuo Succursu, de quo item tres sodales nostrae Congregationis tractaverunt, ut videre est in programmate congressus: RR. PP. Clemens Henze, Eduardus Wuenschel et Raymundus Sarabia.

Imago Deiparae, nuncupata 'Salus populi romani', quae in vigilia novi dogmatis assumptionis triumphali processione per vias almae Urbis deferetur, certe est venerabilissima ob tot rationes, verum non est mundialis, sicut imago de Perpetuo Succursu. Exstant revera permultae regiones, ubi haec colitur quasi in omnibus ecclesiis et oratoriis publicis aut semipublicis, quasi in cunctis habitationibus catholicis. Excitat veram motionem massae populi. Anno 1922 in nostra ecclesia urbis americanae S. Ludovici (Saint Louis) inaugurabatur Novena Perpetua, quae dicitur, in Matris perpetuo succurrentis honorem. Certo die hebdomadis fideles per semihoram ante hanc imaginem congregantur, ut communibus precibus et canticis Dominam N. de Perpetuo Succursu venerentur. Hodie numerus horum

devotorum iuxta prudentem et fundatam aestimationem ad quindecim centena milia (1.500.000) ascendit. Cum ingenti successu haec Novena Perpetua inde ex decembri 1943 habetur in urbe Belfast Hiberniae septentrionalis. Quidam missionarius iesuita, viso hoc spectaculo quodam die feriali, exclamavit: 'Est miraculum! Talia nec vidi in Lourdes nec ullo alio loco'. Sed non solum circ. 20.000 assistunt Novenae Perpetuae in Belfast, verum totidem etiam in Boston; immo in Manila (Baclaran) circa 70.000.

Aliud quoque probe notandum. Haec imago Deiparae, priusquam exeunte saec. XV ex Oriente, ex insula Creta ad Occidentem, in hanc Urbem, deferretur, iam late propagata erat in varias terras Mediterranei, usque ad Russiam: adeo placebat haec pulchra imago nova, in qua prima vice incipiens passio Iesu Infantis et dolorosa compassio Virginis Matris tam belle exprimitur. Russi hanc imaginem appellant proinde 'Strastnaia', i. e. 'Virgo a passione'. Ita factum est ut haec eadem imago non modo apprime colatur ab occidentalibus, sed etiam ab orientalibus variorum rituum, non exclusis schismaticis seu orthodoxis. Ante aliquot annos duo patres nostri, visitantes antiquum monasterium S. Catharinae in monte Sinai, ibi septem vel octo tabulas vetustas huius typi viderunt. Ideo etiam Summi Pontifices Pius X et Pius XI praecise hanc imaginem, musivo opere affabre confectam, imperatricibus Aethiopiae dono dederunt.

Quae cum ita sint, nostra sectio huic congressui mariologico internationali audet haec tria vota submittere:

1) Imago Matris de Perpetuo Succursu declaretur ex officio 'imago unionistica', et Perpetui Succursus Mater item declaretur a S. Sede 'Patrona Sanctae Unionis';

2) Numerosi cultores B. M. Virginis in hac sacra imagine et sub hoc titulo venerata data occasione moneantur, ut multum orent 'pro accelerato reditu fratrum dissidentium';

3) In litanis lauretanis, post invocationem 'Mater boni consilii, o.p.n.', liceat omnibus et ubique terrarum addere: 'Mater de Perpetuo Succursu, o. p. n.', id quod Benedictus PP. XV iam a. 1916 religiosis a SS. Redemptore benigne conces- sit. Sensus vero huius invocationis ita ex officio determinetur, ut fiat: *a) pro dicto reditu accelerato fratrum dissidentium; b) pro conversione persecutorum Ecclesiae; c) pro victimis talis persecutionis.* Actualitas talis triplicis petitionis omnibus patet.

Tandem argumentum tertii diei fuit apostolatus noster marianus, sive ope prae-dicationis sacrae, praesertim illius extra ordinem suetum, quae adhibetur in missionibus popularibus seu paroocialibus et in exercitiis spiritualibus, sive ope apostolatus calami, qui vocatur; sive etiam interdum ope theatri seu ludorum scenicorum sub dio, uti nostris temporibus tam feliciter fecit in Belgio et alibi tertius relator, R.P. Joseph Boon, dum alii duo relatores erant R.P. Ioannes Visser et R.P. Mauritius De Meulemeester, auctor magnae nostrae bibliographiae 3 voluminum.

Apostolatus marianus PP. Redemptoristarum conformis esse vult praeceptis sui patris legiferi eiusque operi mariali: *Le glorie di Maria.* Filii enim S. Alphonsi cum suo sancto fundatore sibi persuasum habent et personas individuas et personas morales non tam salvari per altas speculationes et devotiones aristocraticas

seu esotericas, quam potius per constantem et fiduciosam invocationem Matris misericordiae, Matris iugiter opiferae, et eiusmodi cultorem Deiparae interire non posse.

Solus Deus scit, quot missiones paroeciales, quot cursus exercitiorum spiritualium nostrates his duobus saeculis, accuratius inde ex a. 1733, in quinque continentibus praedicaverint. Solo a. 1931 nostrae statisticae referunt missiones 5200 et cursus exercitiorum 6000. At in omnibus his praedicationibus extraordinariis nunquam deerat, iuxta praescriptum sancti patris Alphonsi, peculiaris concio de patrocinio B. M. Virginis et de modo eam colendi.

In nostra aula (63) inveniebatur parva expositio nostrae litteraturae marianae, licet incompleta. Videbantur quidem ibi nonnulla opera maioris molis et indolis stricte scientificae de hac materia; at praevalebat humilis litteratura popularis, per opuscula et periodica; sed non est dubium, quin etiam haec multum contulerint et conferant ad solidam devotionem mariam in populo generandam, conservandam, augendam”.

8. - *Sectiones Presbyterorum Mission. Societatis Mariae (Montfortani)*

Quinque fuerunt (anglica, belgo-hollandica, gallica, italica et lusitana). De illis omnibus, cum generatim idem argumentum tractarunt, summarium conclusivum dedit R.P. Ioseph Ghidotti, S.M.M., sectionis italicae secretarius:

”Societas Presbyterorum Missionariorum Mariae sicut exultanti animo primum nuntium congressus mariologici mariani internationalis exceptit, ita pro viribus ad eiusdem evolutionem, ad maiorem Dei gloriam per Mariam obtinendam, nisa est cooperare.

Ad hunc finem diversae sectiones particulares montfortanae — secundum diversitatem sermonis — institutae sunt. Ita habitae sunt: sectio anglica, sectio belgo-hollandica, sectio gallica, sectio italica, sectio lusitana.

Munus harum sectionum unicum: argumentum generale congressus (i. e. singularis missio et singularis cultus B. M. Virginis) studio secundum principia sancti Ludovici Mariae a Montfort (1), subicere uti exposita in eius operibus inveniuntur. *Pars prima:* Singularis missio B. M. Virginis secundum S. Ludovicum Mariam.

Summarie tradam quae a diversis relatoribus in variis sectionibus dicta sunt.

I - Divina maternitas: 1. Est privilegium per quod omnia explicanda sunt de Maria; 2. Virgo Maria, quia mater Dei, admirabilis et admiranda est. Nam: a) Gratiae et carismatum copia ita cumulata est, ut digna mater efficeretur, et ipsa cooperante, incarnationem mereretur; b) Ob maternitatem divinam Verbum Dei voluntarie et libere per totam vitam ei subiicitur, i. e. sive in conceptione et nativitate, sive in primorum duorum miraculorum patratione, sive in morte obeunda secun-

(1) Opera sancti Lud. M. a Montfort: *Traité de la vraie dévotion à la S. Vierge; Le secret de Marie; L'amour de la sagesse éternelle; Les cantiques*, Ed. Type, Libr. Mariale, 1936. Tria priora volumina variis linguis edita, inde a 1921 numeratione ornata sunt, quae ab omnibus recepta, eadem usque in praesens manet.

dum praeceptum Patris, sed Virgine Matre consentiente (V. D., 18). Mens sancti auctoris est ipsa mens S. Pauli ad Philip. 2, 7-8, a schola berulliana, cuius auctor assecla est, quam maxime exulta. Sedulo notandum: haec dependentia voluntaria est ex parte Christi et nullam imperfectionem in ipso dicit (V. D., 27). Fundamentum huius submissionis est maternitas divina. Omnes relatores enixe et praecise hunc adspectum divinae maternitatis, magni momenti pro spiritualitate montfortana, consideraverunt; c) Ob privilegium divinae maternitatis Virgo Mater particularem intimamque relationem ad unamquamque personam divinae Trinitatis acquirit, uti acceptissima filia Patris, fidelissima sponsa Spiritus Sancti. Pater potentiam, Filius sapientiam, Spiritus Sanctus caritatem ad Filium primogenitum et filios adoptivos generandos communicant. Relatio ad Spiritum Sanctum peculiari modo enucleatur, cum Spiritui Sancto approprietur opus sanctificationis praedestinatorum ad quod tandem divina maternitas ordinatur.

II - Maternitas spiritualis: Procul dubio — et omnes uno ore affirmant — maternitas spiritualis in mariologia montfortana principem locum tenet. - Fundamentum: maternitas spiritualis recte et immediate a maternitate divina deducitur, cum Virgo simul mater capitum et membrorum corporis mystici sit. - Argumentum: argumentum praincipium a sancto auctore, maxima perspicuitate expositum, est argumentum corporis mystici. Initium huius maternitatis praecise in verbis Mariae: 'Fiat mihi secundum verbum tuum' sumendum est. Nam per suum consensum Virgo Mater singulariter et excellenter in Dei ministerium eligitur ut per ipsam Verbum caro fiat et nos Verbo coniungamur. Missio singularis Mariae haec est: 'Christum physice et mystice mundo donare'. Haec maternitas spiritualis duobus momentis explicatur: a) his in terris per conceptionem Capitis et membrorum in incarnatione; per participationem corredemptricem passioni piaculari Christi, Calvariae loco; b) in caelis per exercitium eiusdem maternitatis erga unumquemque praedestinatum. Proinde 'lignum vitae', cuius fructus semper et ubique est Christus, perbelle Maria appellatur et eius locus in corpore mystico non partialis, sed totalis est. Per Mariam voluntate divina singuli praedestinati corpori mystico coniungendi sunt.

III - Acquisitioni et distributioni gratiarum Virginis cooperatio: 1. Retinenda est cooperatio. - Principia: 1) Maria libero consilio divino eligitur ulla necessitate impellente; 2) Libera electione supposita, intime et necessarie, uti vera mediatrix, oeconomiam salvificam Dei ingreditur. His principiis statutis, p[ro]ae oculis semper habendis, affirmanda est cooperatio.

Causa praincipua, p[ro]ae aliis, a s. auctore tradita haec est: Plena et perfecta associatio Mariae cum Christo in opere salutifero. Eius consensu suppliciis et morti redemptrici Christus oblatus est, sicut eius consensu incarnatus est. Principium consortii, a traditione catholica prolatum, quam maxime a sancto Ludovico in tota sua extensione, sive in caelis sive in terris, extollitur. Adeo ut dici possit: ubi mediator Christus, ibi mediatrix Maria. Non tantum mediatrix hominum ad Christum mediatorem, sed mediatrix hominum sub et cum Christo mediatore ad Deum (V. D., 74). Sic enim Deus voluit... et Deus non mutatur (V. D., 15).

2. Quomodo secundum Montfort Maria cooperata est. - Duobus momentis praincipue cooperatio Mariae explicatur: a) In incarnatione; b) In sanctificatione animarum.

a) In Incarnatione. - Principium: Deus Pater unigenitum mundo dedit, sed per Mariam; Verbum caro factum est propter nostram salutem, sed in Maria et per Mariam; Deus Spiritus Sanctus Mariam obumbravit, sed eius consensum exquirendo (V. D., 16). - Quomodo?: 1. Merendo de congruo incarnationem (V. D., 16); 2. Voluntarie consentiendo incarnationi Verbi qua salvatoris. Ergo integra mente active cooperat incarnationi redemptrici. Vis huius consensus, qui ad integrum opus salvificum se extendit, uti ex commemoratis verbis elucet, firmissime asseveratur; 3. Plene cooperando, physice et mystice generationi Verbi simul et praedestinatorum. Nam dum physice Christum, caput mystici corporis, generat, simul mystice membra, uti iam de maternitate spirituali diximus, eiusdem corporis generat. In incarnatione Maria dum tota mater fit (Christi et praedestinatorum) tunc etiam tota mediatrix: via incarnationis Verbi, via coniunctionis humanitatis Christo per corredemptionem et distributionem gratiarum (V. D., 17, 19, 20). Semper apud Montfort maternitas divina maternitati spirituali coniungitur. Secunda a prima est. Nam mater Salvatoris qua talis est eodem tempore divino beneplacito mater servatorum.

b) In animarum sanctificatione. - Sicut in opere incarnationis mediatio mariana totalis (cooperatio acquisitioni et distributioni gratiarum) extollitur, ita etiam quam maxime in animarum sanctificatione, quae nil est nisi manifestatio et continuatio incarnationis (V. D., 44, 33). In hoc munere explicando virgo Maria vere agit ut causa efficiens instrumentalis et praedestinati, ad finem sanctificationis attingendum, plene et absolute a suo influxu pendent sicut infans in sinu matris (V. D., 31, 32, et 36).

IV - De potestate regia B. M. Virginis. — Relatores, quaestiones exposita sicut usque nunc apud mariologiae cultores traditur, controversiis non exclusis, adgraduntur explanationem mentis S. Ludovici. — 1) Procul dubio dignitas et potestas regia Mariae a sancto auctore apertis verbis in eius scriptis affirmatur; 2) Haec potestas deducitur: a) Ex missione gratuita a Trinitate recepta, i. e. ex divina maternitate; b) Ex unione intima et indissolubili Mariae cum Christo in toto opere salutifero patrando, sive in eiusdem executione (incarnatio et redemptio) sive in applicatione decursu saeculorum (sanctificatio animarum); 3) Potestas regia Mariae: non est tantum excellentiae, id est quia super omnes ob plenitudinem gratiae Virgo extollitur, sed vere auctoritatis dominativae, adeo ut omnes et omnia ipsi subicientur. Nam virgo Mater per divinum mandatum efformat, alit, generat animas ad vitam aeternam, quod fieri non potest absque dominio in illas. Haec dominatio est universalis, complectens: coelum: ubi angeli ipsi oboediunt et sunt ministri eius misericordiae ad homines; infernum: quatenus luctamine perpetuo et triumphali usque ad finem saeculorum deducto satan eiusque assecelas debellat (V. D., 51-54); animam praelestim et cor hominis. S. auctor insistit opus Mariae, ut mater et domina, enucleando quoad praedestinatos. Omnia pro illis Virgo disponit, illos fortiter et suaviter educat, contra hostes defendit. Potestas regia heic maxime elucet; 4) Sed quaenam est intima natura huius regiae potestatis? Id est quomodo S. auctor explicat hanc veram potestatem dominativam Virginis cui subiciendum est? - In primis dicendum est: non est arbitraria ex parte Virginis, sed gratia Dei; non

est per se coërcens nisi contra hostes; non infirmat hominis libertatem; Deo subordinatur et ad regnum Christi constituendum ordinatur; pollet materna bonitate et misericordia. Item certissime est potestas intercessionis et potentissimae quidem, ita ut Virgo Mater iure meritoque omnipotentia supplex appelletur. Sed ut innuimus, auctor defendit potestatem iurisdictionis et dominationis cum iure ad nostram subiectionem, sed quid intime significat? Bene attendenda est mens auctoris qui ex principiis mediationis marianae (in tota sua acceptione, uti exercitium spiritualis maternitatis) potestatem regiam eiusque intimam naturam explicat. Virgo Maria, concise dici potest, regina est quia mater et regina est sicut mater est. Regina quia mater, i. e. mater totius Christi, id est capit is et membrorum corporis Christi (cfr. dicta desuper). Regina sicut est mater, i. e. intime coniuncta Christo mediatori quocum unicam mediationem exercet. Christus potestatem regiam quoad homines per Mariam efficit sicut per Mariam ad homines venit et per Mariam praedestinatos ad vitam aeternam ducit.

Altera pars: Singularis cultus erga B. M. Virginem secundum S. Ludovicum de Montfort.

Quod cultus — id est actus honoris alicui exhibiti in ipsius excellentiae et superioritatis testificationem — et singularis quidem erga Virginem Matrem debeat ex dictis omnino patet.

Hac de causa traditio catholica cultum hyperduliae Mariae reservat cum sancta et mater Dei simul sit. Expressio praecipua huius cultus et devotionis simul erga V. Mariam est consecratio, id est traditio sui ipsius suorumque Virgini, vitam mariam id est christianam, sed Maria adiuvante et inspirante, instaurando.

Inde relatores consecrationem et mariam vitam ad mentem S. Ludovici studio subiecerunt.

I - Consecratio: 1. Supremus actus devotionis — cfr. Encycl. *Annum sacrum* Léonis XIII, 25 maii 1899 — est consecratio seu traditio sui ipsius totalis Virgini ut Christo perfecte coniungamur; 2. Pius XII, feliciter regnans, deinde consecrationem mariam sic definit: 'Est donatio totalis et perpetua sui ipsius Virgini Matri' (Cfr. allocutionem congregationibus marianis, 21 jan. 1945 et 23 nov. 1946 viatoribus 'Grand Retour'); 3. Huic definitioni pontificiae perfecte respondet: 'Consecratio sui ipsius Christo, sapientiae aeternae et incarnatae' a sancto de Montfort verbis scriptisque prolata atque defensa. Nam: a) Totalis omnino est haec traditio. Virgini, ipse ait, tradendum est: corpus cum sensibus et membris; anima cum facultatibus superioribus (intellectu et voluntate) et inferioribus (phantasia et memoria); bona externa quibus in hac terra fruimur, i. e. opes sive praesentes sive futurae; bona interna vel spiritualia, uti virtutes et bonorum operum valor. Haec consecratio absolute absque reservatu et non intuitu remunerationis sit. Unica remuneratio: honor perfecte esse Christi per Mariam (V. D., 121); b) Perpetua: consecratio per se non ad tempus, sed in perpetuum emittitur; 4. Haec consecratio montfortana, quae praecise definitioni pontificiae respondet, Christum quam perfecte imitatur. Nam sicut Verbum incarnatum voluntarie et in perpetuum Matri suae in omnibus subicitur, ita et christianus tantum exemplum sequens Mariae totaliter se tradit; ut Virgo in ipso opus suum maternum per gratiae effusionem perficiat.

II - Vita mariana: A. Vita mariana interior: 1) Totalis et perpetua consecratio sui ipsius suorumque Virgini non actus transiens, in suo conceptu, sed manifestatio et protestatio 'intensissimae vitae christiana et mariana' est. Ita Pius XII in allocutione congregationibus marianis 21 jan. 1945. Quae vita mariana a Pontifice iure meritoque ut consequentia consecrationis requiritur, cum ipsa non ad formam vel ad sensum tantum pertineat; 2) Et S. Ludovicus affirmat: 'Essentia huius devotionis (consecrationis totalis) est intima renovatio mentis per Mariam, adeo ut bene renovatio promissorum baptismalium per Mariam appellari possit'; 3) Haec vita mariana interior ita, brevissima formula, exponitur: 'Vita christiana tota ducenda est per Mariam, cum Maria, in Maria, propter Mariam'. Formula plane universalis et completa. Nam: *a)* Vita supernaturalis bene resumitur uti in formula liturgica: 'per Ipsum, cum Ipso, in Ipso', id est: vita a gratia divina actuali et habituali instaurata, sed sub influxu Mariae, cui officium praeparandi et consummandi opera gratiae a Deo erga unumquemque electum concreditum est; *b)* Adspectus omnis vitae christiana et supernaturalis in luce mariana ponitur. Vita christiana est dependentia et submissio Christo a quo salus, est derelictio sui ipsius, est imitatio Christi, est intima unio cum Christo. Sed haec omnia per Mariam, cum Maria, in Maria et propter Mariam, uti optime auctor exponit (V. D., a n. 257 ad n. 265) et paucis verbis tantum innuimus. Per Mariam: a Maria dependere, i. e. ab eius spiritu et inspirationibus cum totali mortificatione spiritus proprii; cum Maria: Mariam uti exemplar Christi imitari; exemplar quotidie in omnibus prae oculis habendum et sequendum; in Maria: per voluntatem et mentem praesentiam Mariae in anima vivere; propter Mariam: actio apostolica ad regnum Mariae instaurandum et inde regnum Christi. Insuper omnes actiones ad gloriam Virginis ordinare; *c)* Singularis missio B. Mariae, uti in prima parte exposita est, hac formula adaequate recognoscitur: quatenus eius influxui materno totaliter nosmetipsos tradimus ut per ipsam Christus in nobis formetur. Est practica et quotidiana affirmatio missionis Mariae praesertim erga homines. Ad triumphum Virginis adlaborare non est nisi necessaria consequentia.

B. Vita mariana exterior. — A S. Ludovico plures exercitationes exteriores vitae mariana proponuntur (V. D., a n. 226 ad n. 256). Duae praesertim a quibusdam saltem relatoribus studio subiiciuntur: *a)* Exercitationes spirituales consecrationem praeparantes. - Cum consecratio mariana non ad formam vel ad sensum emittenda sit, adaequata praeparatione indiget. Haec praeparatio 30 diebus constat: ad spiritum mundi evacuandum, ad plene seipsum cognoscendum, ad Virginis atque Verbi incarnati cognitionem quam maxime integrum adipiscendam. Suntne exercitationes spirituales S. Ludovici iteratio tantum praeclararum exercitationum spiritualium S. Ignatii? Adnotant relatores: Si quoad tempus, v. g., et alia maioris vel minoris momenti S. Ludovicus sancto Ignatio cohaeret; quoad finem proximum differt. Nam finis proximus exercitationum spiritualium montfortanarum est animam in speciale statum vitae christiana (dependentia a Maria) introducere; exercitationum spiritualium ignatianarum e contra est voluntatem divinam recognoscere in illo statu vitae christiana in quo invenitur ut vita secundum hanc voluntatem ordinetur; *b)* Particularis devotio erga mysterium incarnationis in quo Verbum incarnatum tanquam exemplar vitae mariana exhibetur. Nam cum

essentia devotionis mariana montfortanae tota sit in plena dependentia a Virgine Matre, in hoc mysterio, quod summarium et initium omnium mysteriorum Christi est, Christus, in cuius imitatione vita christiana consistit, nobis plene dependens a Maria appetet.

Conclusio generalis. — 1) Virgo Maria singulari missione dignata est a Deo, Mater enim divina et spiritualis est; 2) Inde munus suum est: generare Christum physice olim in Bethlehem, mystice quotidie in animabus electorum; 3) Ad hoc cooperata est, cooperatur acquisitioni et distributioni gratiae ita ut in vita nostra supernaturali omnino a Mariae influxu, uti filius in sinu matris, dependentes sumus; 4) Perfectus cultus erga V. Matrem est se tradere totaliter et perpetue Mariae uti ipse SS. Pontifex fecit anno 1942; et dixit postea anno 1945, 21 ian.; anno 1946, 23 novembris; 5) Vitam perfecte christianam et mariam instaurando; 6) Montfortana consecratio pontificis verbis respondet quia absolute totalis et perpetua; 7) Item formula montfortana vitae mariana plane vitam mariam simul et christianam instaurat, animam per Mariam ad agendum per Christum inducendo.

His omnibus attente consideratis, post expositionem vere scientificam, sectiones omnes Presbyterorum Missionariorum Societatis Mariae haec vota enixe proponunt:

1. Ut consecratio B. V. Mariae quotannis publice et sollemniter renovetur occasione festivitatis assumptionis B. Virginis in caelum;

2. Ut eadem consecratio quotidie in orationibus post missam dicendis per hanc brevissimam invocationem, post vel loco 'Cor Iesu Sacratissimum, miserere nobis' ponendam: 'Cor Iesu Sacratissimum, per Mariam me tibi devovo' renovetur".

9. - Sectio Congregationis Presbyterorum a SS. Sacramento

Sequentem de studiis in illa peractis R.P. Ioseph Missaglia, S.S.S., sectionis secretarius, relationem praebuit:

"Nella esposizione delle varie correnti della spiritualità mariana, la sezione eucaristica ha voluto mettere in giusto rilievo le relazioni della Vergine con la SS. Eucaristia. Tali relazioni furono studiate sotto i vari aspetti: dogmatico, biblico, ascetico, liturgico e artistico.

S. Ecc. Mons. Giacomo Lercaro, riferendo su 'La missione di Maria SS. nella economia eucaristica', la illustra alla luce che ella ebbe nel compiersi dei misteri della incarnazione e della redenzione, e poi nella vita della Chiesa. La cooperazione di Maria alla istituzione e alla presenza reale di Gesù nella SS. Eucaristia, fu remota e prossima. Remota in quanto il corpo di Gesù, presente nella SS. Eucaristia è lo stesso — originative — che fu formato nel seno di lei, e in quanto, col suo assenso all'incarnazione consentì, almeno implicitamente, all'istituzione dell'Eucaristia, estensione e complemento della incarnazione. Vi cooperò anche prossimamente in quanto Gesù nell'istituire il Sacramento fu mosso dall'amore per lei, ed anche in quanto ella l'imperò con la sua ardente preghiera (come a Cana?) e col suo desiderio. Riguardo al S. sacrificio della messa, che non dif-

ferisce sostanzialmente da quello della croce, Maria cooperò dando scientemente la vittima e il sacerdote e unendo l'offerta sua a quella di lui, appunto come fa continuamente nella messa. La quale anche in quanto è il sacrificio del corpo mistico richiede l'intervento di Maria, poichè da lei concepito al momento della incarnazione e dato alla luce sul Calvario. Infine la cooperazione di Maria alla S. comunione è certamente morale (secondo alcuni teologi anche fisico-strumentale) essendo essa la mediatrice di tutte le grazie. La tradizione patristica, la liturgia, i documenti del magistero ecclesiastico l'affermano; la pietà dei fedeli l'ha intuito: feste mariane, santuari mariani, ecc., trionfi eucaristici.

Il P. Garrigou-Lagrange, O.P., nella seconda relazione parte dall'affermazione, fondata negli Atti degli apostoli (2, 42) che S. Giovanni Ev. certamente offrì il sacrificio eucaristico e che la B. Vergine assistette a tale celebrazione e vi ricevette la S. comunione. Ora, considerata la pienezza di grazia, di virtù e dei doni che essa aveva ricevuti e che continuamente accrebbe, è pur certo che essa ebbe ottime disposizioni per una partecipazione fruttuosissima al sacrificio eucaristico. Secondo la sua viva fede, illustrata dai doni dello Spirito Santo, Maria penetrava il mistero del sacrificio eucaristico più profondamente che lo stesso san Giovanni e gli altri apostoli. Per essa, perciò, il sacrificio eucaristico era in modo specialissimo il vivo memoriale del sacrificio della croce e insieme l'ammirabile fusione del culto della Chiesa militante col culto della Chiesa trionfante, in quanto il Cristo 'semper vivens ad interpellandum pro nobis' attualmente si offriva al Padre per mano del suo ministro. A tale oblazione di valore infinito la S. Vergine univa l'oblazione sua personale, quale mediatrice universale, secondo i quattro fini del sacrificio. Infine Maria aveva la miglior disposizione alla comunione, ossia la 'fame eucaristica', l'ardente desiderio, cioè, non ritardato da alcun peccato né imperfezione. Ne segue che ogni sua comunione era più fervente e più feconda della precedente e da ciò ne seguivano i più mirabili effetti sia per lei personalmente che per la Chiesa per la quale essa pregava e si offriva. L'illustre relatore concludeva come a buon diritto Maria è il perfetto modello della devzione eucaristica.

Il R.mo P. Bea, S.I., dell'Istituto Biblico, interpretò con quella competenza che gli è propria i due testi degli Atti degli apostoli (1, 14; 2, 32): 'Erant perseverantes... cum Maria Matre Iesu... in communicatione fractionis panis'. Dopo di aver provato con una disquisizione storico-eseggetica che la 'fractio panis' nel linguaggio neo testamentario non è altro che la celebrazione eucaristica, mostrò come Maria non poteva non parteciparvi, e ciò non tanto per le esigenze della sua vita spirituale, quanto per la sua missione ecclesiologica. Essa, infatti, non poteva mancare al mistero di quell'unità del corpo mistico, del quale essa stessa era, nella prima comunità cristiana, il centro non certo giuridico, ma spirituale. Inoltre Maria, avendo partecipato, come corredentrice, al sacrificio cruento di Gesù sul Calvario, non può essere assente da quello incruento dell'altare, sia come corredentrice che come mediatrice di grazia.

Interessante, sotto l'aspetto documentario, la rivista iconografica che con proiezioni fisse il R.mo Mgr. G. Fallani svolse dinanzi al numeroso uditorio. Sotto gli occhi degli spettatori passano, elegantemente commentate dall'oratore, le diverse scene

evangeliche a Cana, al Cenacolo, al Calvario, quindi i diversi aspetti dell'Eucaristia: sacrificio, sacramento, presenza reale nei loro riflessi mariologici. I documenti citati vanno dalla cassetta-reliquiario del sec. IX in Roma alle famose opere di Ingres e a quelle degli artisti contemporanei: Prini, Saetti, Cassioli, Spinetti, Leonardi, Galli, Luzzi, Nagni, ecc.

Non è possibile riassumere le varie notizie assai interessanti che otto rappresentanti di altrettanti riti orientali (bizantino, melchita, armeno, antiocheno, maronita, caldeo, copto ed etiopico) comunicarono circa le relazioni della Vergine con l'Eucaristia, quali risultano nei rispettivi riti. Fu bello, però, rilevare come sempre Maria occupa un posto di preminenza, specialmente nel S. Sacrificio.

Ultimo relatore della sezione fu il R.mo P. De Keyser, consult. gen. della Congreg. del SS. Sacramento, il quale seppe dar vita e commozione al suo dire svolgendo un 'Prospetto storico su l'origine e lo sviluppo del culto di N.a Signora del SS. Sacramento', culto che pur non contando ancora un secolo di vita, dal suo inizio, quando il B. Eymard lo proponeva ai suoi religiosi, già vanta manifestazioni considerevoli nel campo della pietà come in quello dell'arte (chiese, altari, iconi, ecc.).

Infine, a coronare i lavori della sezione l'E.mo card. Massimi, in adunanza plenaria, svolse il tema: 'La Vergine e l'Eucaristia'. Dall'auspicio che la definizione dogmatica, imminente, porterà un incremento di pietà mariana, ne trae che essa si affermerà maggiormente sulle vie eucaristiche: intimo è infatti il nesso che corre tra la Vergine e l'Eucaristia. E lo prova, innanzitutto, dalla liturgia sia latina, passando in rassegna i relativi testi del breviario e del messale, sia orientale. Tre prove ci offre la liturgia bizantina: 1^a il rito della preparazione delle oblate, quando il sacerdote, a fianco del pane che rappresenta Cristo, ne colloca un altro, più piccolo, che figura Maria, dicendo: 'Alla tua destra sta la regina in vestito deaurato'; 2^a nel corso della messa si commemora e si invoca più volte Maria, e dopo la consacrazione si ha un magnifico inno mariano; 3^a nell'ufficio della S. comunione ognuna delle nove lodi eucaristiche è seguita da una commovente strofa mariana. Con l'argomento liturgico concorda quello storico che mostra come alla devozione eucaristica corrisponda sempre quella mariana. Basti l'esempio dei santi, tra cui S. Alfonso e il B. Eymard, figura mariano-eucaristica spiccatissima.

Ora, quale la natura del nesso tra Maria e Gesù velato nel Sacramento? Evidentemente quello tra madre e figlio. La veste eucaristica nulla toglie a detta relazione, immensamente cara a Maria, che meglio di ogni altro conobbe l'Eucaristia e in essa si compiacque, desiderando ardentemente che si compissero gli amorosi disegni del suo Figlio. Così ella chiama al tabernacolo, dove sta il suo Figlio; all'altare, dove, corredentrice come sul Calvario, continua ad associarsi, con la sua volontà al Figlio nell'offerta al Padre; alla mensa eucaristica, unendo all'esempio l'aiuto che la liturgia ci insegna a chiedere a lei senza stancarci. S. Em.za conclude quindi esortando ad intensificare così la devozione mariana come la devozione eucaristica.

Come conclusione dei suoi lavori, la sezione mariano-eucaristica del congresso ha presentato alla presidenza dello stesso i seguenti voti:

- 1) Ut in tractatibus dogmaticis de B. M. Virgine sermo ac studium semper instituatur de habitudine Deiparae ad Eucharistiam;
- 2) Ut in B. Virginis vitae curriculis ratio habeatur eius praesentiae in pristina panis fractione, et ita implebitur lacuna illa quae ab ascensione ad assumptionem in B. Virginis biographiis facile deprehenditur;
- 3) Ut in his maternis exemplis illustrandis tum asceticae cum pastoralis scientiae cultores operam diligentem navent ut christifideles ad Eucharistiam, vitae supernaturalis centrum, facilius pertrahint;
- 4) Ut artifices nostri aevi, novo animo, maiorique in dies alacritate, necessitudinem inter Dei Genitricem et Eucharistiam in suis operibus exprimant;
- 5) Ut foveatur cultus erga Dominam Nostram SS.mi Sacramenti novis textibus in sacram liturgiam invectis;
- 6) Ut formula a B. Eymard inventa 'Domina Nostra Sanctissimi Sacramenti' et a venerabili Pio papa X adprobata, ab omnibus agnoscatur tanquam huius devotionis nota distinctiva et aptum doctrinae compendium".

*10. - Sectio Congregationis Missionariorum Filiorum
Immaculati Cordis B. M. Virginis (Claretiani)*

Verbum de activitate sectionis R.P. Gulielmus Rozo, C.M.F., eius secretarius, fecit sequentia proferens:

"Sectio quae in programmata congressus vocata est claretiana rectius nuncupanda erat sectio immaculati Cordis B. V. Mariae. Sectio enim ad id unum inspiciebat: ad meliorem et accuratiorem cognitionem huiusmodi argumenti; et in votis erat ut ei interessent relatores singularium congregationum quae pariter ac nostra claretianorum Cordi immaculato sive directe sive indirecte dicantur. Votum vero, causa feriarum aestivarum, partialiter tantum impletum est. Nunc de activitate nostrarum sessionum pauca summatim referam.

Cum devotio erga Cor immaculatum sit maxima actualitatis et manifestet nostris praesertim temporibus missionem singularem Mariae, P. Iacobus Navarro, C.M.F., actualitatem, opportunatatem et necessitatem huius devotionis illustravit. Visiones et apparitiones in Lusitania effectae novam in historia generis humani periodum inchoarunt, periodum scilicet Cordis immaculati. Fatima docet et invitat omnes erga Cor virgineum sicut iam Paray-le-Monial invitabat gentes erga Cor divinum.

Praeses Societatis Mariologicae Hispanicae communicationem brevissimam habuit, sed opportunam. Iuxta R.P. García Garcés devotio immaculati Cordis debet adhuc propagari et fieri popularis. Nondum bene propagatur ex aliquo defectu. Non ex defectu obiecti formalis, non ex defectu obiecti materialis, sed ex defectu vehiculi, ut ita dicatur, quod facilius eam penetrare faciat inter fideles; deest medium aptum propagationis.

Opportunum visum est agere de introductione in theologiam cordis Mariae, quod perfecte praestavit Adm. R.P. Iacobus Arragain, e Congregatione Iesu et Mariae, moderator provincialis in Gallia. Opportunum dicimus, nam ut relator animadvertis non desunt qui adhuc quaerent de fundamentis huius devotionis, qua de causa tractatur de fontibus et fundamentis devotionis et doctrinae cordi-mariologicae. Haec divisio recta videtur, immo necessaria. Devotio enim praecedit

ordinarie elaborationem doctrinalem ideoque recte distinguitur inter fontes et fundamenta devotionis et fontes et fundamenta doctrinae. Fontes devotionis sunt: actio Spiritus Sancti, libri sacri, scriptores ecclesiastici, revelationes praeternaturales, magisterium Ecclesiae: haec omnia movent devotionem eamque excitant. Fundamentum devotionis est id omne quod eam reddit practicam, legitimam ac solidam. In casu Cordis Mariae devotio bene fundatur ratione excellentiae eius obiecti et ex multiplici congruentia sive liturgica sive psychologica.

Fontes doctrinae sunt fere iidem ac fontes devotionis et possunt bene vocari loci theologi cordimariologiae: Sacra Scriptura, textus S. Lucae, traditio patristica, documenta Ecclesiae. Fundamentum vero doctrinae cordimariologicae sunt actuaciones Cordis immaculati in omnibus privilegiis, muniberibus et officiis Matris Dei et hominum.

Perspicua relatione patris Arragain devenitur certitudinaliter ad conclusionem devotionem erga Cor immaculatum Mariae esse practicam et solidam: practicam quippe quae centrum est aliarum devotionum et punctum convergentiae mysteriorum et privilegiorum Mariae; solidam, ut patet ex fundamentis, adeo ut nulli theologo eam liceat ignorare, nam omnibus amplam pandit viam ad verum progressum scientiae de B. Virgine Dei Matre.

P. Henricus Pujolrás, C.M.F., aliud argumentum fundamentale tractavit, de fundamento scil. consecrationis immaculato Cordi Mariae. Definita vera consecrationis natura et statutis principiis cultum eiusque praesertim actum summum moderantibus, orator fundamenta theologica stabienda aggreditur. Vestigia a Pio XII, f. r., sua consecrationis formula signata premens, primum fundamentum consecrationis regalitatem agnoscit quam quidem perfectam, ducibus Leonis XIII et Pii XI litteris encyclicis, ex iure nativo et acquisito deducit. Proposita sibi quaestione an regalitas sit unicum consecrationis fundamentum, orator denegando respondebit, nam etsi regalitas sit quod primo conspicitur cum de totali donatione agitur, huius tamen minime unica nec praecipua ratio habetur. Ipsa enim maternitati cedit; etenim: 1) Pius XII Summus Pontifex in ipsa consecrationis formula beatissimam Virginem et matrem et reginam appellat, titulo matris praeente; 2) Marialis regalitas nullum habet sensum si a maternitate disiungitur; 3) Accedit argumentum liturgicum, nam missa festivitatis immaculati Cordis tota potest dici de Corde materno Mariae. Sed missa et officium festivitatis est etiam monumen- tum consecrationis a Pio XII Summo Pontifice perfectae. Regalitas, prout disputatum est, expleta relatione, est ratio generica et fundamentum marialis consecrationis in genere: sed, quod valde notandum, Pontifex, f. r., complevit consecrationem specialem, quae proinde habere debet motivum seu fundamentum speciale. Ratio ergo specialis consecrationis immaculato Cordi non est primario regalitas, sed est maternitas spiritualis. Consecratio enim Cordi Mariae nihil aliud est nisi acceptatio spiritualis maternitatis Mariae ex parte nostra cum correlativa filiatione: Ex una parte 'Ecce mater tua', et ex alia 'Ecce filius tuus'.

Spiritus Sanctus reddit testimonium quod nos sumus filii Mariae. Cor maternum Mariae non potest nisi filios confovere, dum eos format, dum eos parturit, dum eos pervenire facit in viros perfectos. Devotio cordimariana est etiam methodus spiritualis. De hoc arguento devote et praelare locutus est P. Ernestus Mura,

actor praestantis operis *Le Corps mystique*, ostendens auditoribus modellum peculiaris spiritualitatis cordimarianae patrem Jaquier, qui stadia vitae spiritualis percurrit commorans in sinu Matris. Inhaerens quidem Cordi Mariae, et adhaerens omni cum ditione doctrinis S. Ioannis a Cruce.

Sed quinam viciniores Cordi Mariae adstare tenentur quam sacerdotes de quibus cl. professor Parente in altero congressu Cordis Mariae dixit praecipuos esse filios Cordis immaculati? De consecratione huius generis electi, nempe sacerdotum relationem habuit P. Joseph Maria Delgado, O. de M. Eius dissertationis scopus fuit demonstrare Cor immaculatum Mariae in hac praesenti oeconomia salutis, prototypum esse sacerdotii catholici et inde inferre urgenter necessitatem, quae omnibus sacerdotibus incumbit sese consecrandi huic Cordi immaculato.

Dissertatio tribus constat partibus: 1^a agit de oeconomia salutis. In hoc ordine providentiae B. M. Virgo associatur Filio, summo et aeterno sacerdoti et redemptori generis humani, ut simul cum eo, deleto peccato, in nos infundat vitam divinam et tribuat aeterno Deo cultum latreuticum et eucharisticum; 2^a agit de ipso Corde Mariae virginis. In Corde Virginis Matris invenimus functiones vere et proprie sacerdotiales. Ad formalem enim sacerdotii rationem pertinet ministerium exercere pro populo, vices ipsius apud Deum gerere. Maternitas vero B. M. Virginis praebet Cordi suo immaculato hoc ministerium et in Dei glorificationem et in expiationem peccati; 3^a agit de ipsa sacerdotum consecratione. In consecratione Cordi immaculato invenient sacerdotes fontem inexhaustum foecunditatis in omni genere virtutum et praesertim in apostolatu sacerdotiali. Unde facile concluditur necessitas huius consecrationis facienda et iteranda quam saepe, saltem semel in mense, primo sabbato.

'Per Cor Mariae ad Cor Iesu' est titulus. relationis R.P. Geraldii De Becker, CSS.CC., qui totus incumbit in hac probatione: ex intima coniunctione Iesum inter et Mariam tota vita Christi, tota gratia Christi manifestatur in illa, ita ut Iesus sit vivens in Maria; Maria mater gratiae et mediatrix nostra qua mater confert nobis gratiam nos in Christum transformantem. Haec gratia in nos venit de Corde Matris et crescit in interiorum hominem quatenus format Christum in nobis et ita fit ut per Cor Mariae perveniamus ad Cor Iesu.

Pater Joachim M. Alonso, C.M.F., relationem habuit haud facilem immo salebrosam quam orator secure tamen est aggressus, de relationibus videlicet Cordis immaculati Mariae ad personas sanctissimae Trinitatis.

In prima parte tractatur problema de communicationibus trinitariis non-appropriatis. Eius possibilitas theologica propugnatur. In secunda quaeritur: qua ratione haec possibilitas communicationum non-appropriatarum applicari possit.

Praeter has relationes hic recensitas aliae octo magni ponderis ad nos pervenirent professorum et sociorum Academiae Claretianae de mariologia, nostri collegii superioris sancti Dominici calceatensis in Hispania, quibus investigatur ample et profunde obiectum devotionis et cultus Cordis B. M. Virginis, eius maternitas divina et spiritualis, eius influxus in sanctificatione animarum. Perpenditur etiam fundamentum theologicum huius tituli iuridici 'Filii Immaculati Cordis B. M. Virginis' quo insignitur congregatio claretiana et aliae non paucae, aliaque huius generis argumenta quibus verus progressus signatur in doctrina cordimariologica.

P. Arragain in sua relatione notabat defectus veri et completi tractatus de doctrina Cordis Mariae. In praesentiarum adsunt studia vere fundamentalia: ex illis unitis et connexis absque dubio exsurget quae desideratur perfecta tractatio.

Duo alii oratores locuti sunt in nostra sectione: P. Franciscus Hüssu, C.M.F., nobis exposuit origines, vicissitudines et significationem monumentalis templi Cordi immaculato dicati quod voluntate S. Sedis et indefesso labore Filiorum Immaculati Cordis surgit in regione sic dicta 'Parioli'. Surgit et quidem alacriter. Optatur ut hoc vere monumentale templum, dignum Urbis et Orbis, constituatur ex voto congressus mariani templum consecrationis et reparationis. Surgit Romae quae non solum vocari potest Urbs mariana, sed etiam Urbs Cordis Mariae, ut comprobavit efficaciter doctor Aloysius Bellofiore in sua oratione, cui titulus: 'Il culto del Cuore di Maria in Roma'.

Gratias agimus ex corde Ex.mo episcopo aux. tusculano Dom. Blasio Budelacci, praesidi sectionis, qui exhortationibus, opportunis interventionibus labores nostros est prosecutus.

Sectio de immaculato Corde Mariae proponit considerationi congressus internationalis sequentia vota in sessionibus formulata:

1) Ut propagetur magis ac magis communio quinque primorum sabbatorum mensium et consecratio familiarum immaculato Cordi ut medium aptissimum augendae et propagandae devotionis erga Cor immaculatum;

2) Ut in illis locis ubi dies sacerdotalis celebratur unoquoque primo sabbato mensis obtineatur ut dies sacerdotalis celebretur unaquaque prima feria quinta cuiusque mensis quae est propria diei sacerdotalis;

3) Ut consecratio immaculato Cordi renovetur semel in anno in ipso die festivitas immaculati Cordis;

4) Ut in reparatione blasphemiarum addatur etiam: 'Benedictum suum Cor immaculatum', et post missam in memoriam consecrationis dicatur etiam ter: 'Cor Mariae immaculatum, intercede pro nobis';

5) Ut templum monumental quod alacriter construitur in regione Urbis sic dicta 'dei monti Parioli' declaretur a Summo Pontifice non tantum templum votivum internationale immaculati Cordis ut iam de consensu S. Sedis nuncupatur, sed ut etiam declaretur templum consecrationis, reparationis et pacis. Hoc modo, sicut Lutetiae Parisiorum Cor Iesu Sacratissimum habet templum expiatorium ita et Cor immaculatum habebit Romae aedes tantae significationis".

II. - Sectio Societatis S. Francisci Salesii (Salesiani)

R. Dom. Dominicus Bertetto, S.D.B., sectionis secretarius, sequentia de activitate sectionis dixit:

"Sectio particularis Societatis Salesianae sancti Ioannis Bosco egit de singularis missionis B. Virginis adimpletione in vita Ecclesiae, quae praecise exprimitur titulo litanico: 'Maria Auxilium Christianorum'.

Ad hoc 7 dissertationes habitae sunt, quarum en breviter conspectus.

i) In prima dissertatione: 'De sensu et obiecto formalis tituli *Maria Auxilium Christianorum*', Dom. Dominicus Bertetto, professor in Pont. Athenaeo Salesiano,

ostendit praesertim ex historia Ecclesiae, ex liturgia et ex documentis Romanorum Pontificum, quod titulus 'Maria Auxilium Christianorum' dicit auxiliantem B. M. Virginis mediationem erga populum christianum, collective et socialiter consideratum, cum ipso suo capite visibili Romano Pontifice, in lucta contra hostiles incursus in eius interitum collectos.

Hic titulus exhibit proinde formam publicam et splendidiorem mediationis B. Virginis erga homines. Maria est essentialiter auxilium humanitatis. Quia Mater Dei, dici potest auxilium libere electum ipsius Dei in incarnatione Verbi et in redemptione mundi. Quia Mater Redemptoris eiusque socia in opere redemptorio, est corredemptrix et auxilium humanitatis redimendae. Est etiam ac praecipue auxilium singulorum hominum, quia mater spiritualis omnium hominum et mediatrix omnium gratiarum. Titulus vero 'Auxilium Christianorum' non coincidit cum titulis 'Mater Dei', 'Mater generis humani', 'Mediatrix', 'Corredemptrix', sed indicat formam specialem mediationis, et quidem magis characteristicam, evidentiorem, potentiom, illam nempe quam Maria exercet in favorem totius Ecclesiae catholicae, seu totius christianitatis et eiusdem capitinis Romani Pontificis, in momentis difficilioribus, quando maiores incursus hostiles moventur ad eam profligandam et ad Romanum Pontificatum penitus eruendum et extinguendum.

2) In secunda relatione: 'Doctrina et opera sancti Ioannis Bosco circa titulum *Maria Auxilium Christianorum*', Dom. Petrus Brocardo, professor in Pont. Atheneo Salesiano, in synthesis redegit doctrinam sancti Ioannis Bosco circa hunc titulum et indicavit eius praincipia opera ad cultum erga Mariam Auxilium Christianorum ubique terrarum promovendum.

Secundum S. Ioannem Bosco hic titulus est synthesis totius historiae ecclesiasticae, quia exhibit mediationem auxiliantem B. M. Virginis in favorem Ecclesiae eiusque capitnis visibilis. Sensum tituli nuper indicatum sanctus Ioannes Bosco multiplici argumento probat: ex Sacra Scriptura, traditione Patrum, documentis Ecclesiae et ratione theologica ostendit Mariam esse essentialiter auxilium omnium et singulorum. Argumentum vero decisivum sumit ex historia ecclesiastica, quae evidenter probat Mariam de facto esse auxilium Ecclesiae et Romani Pontificis.

3) In tertia dissertatione, Dom. Aloysius Castano, consultor Sacrae Rituum Congregationis, agens 'De festo liturgico in honorem tituli *Maria Auxilium Christianorum*' a Pio VII instituto et ubique mirabiliter propagato, docte et scientifice exposuit historiam huius festi, eiusque momentum indicavit, praesertim hodiernis temporibus, contra insidias communisimti athei.

4) Dom. Carolus Leoncio da Silva, praeses instituti paedagogici in Pont. Atheneo Salesiano, Mariam respexit tanquam auxilium Ecclesiae in christiana adolescentium educatione.

Expositum nempe auxilium B. Virginis erga Ecclesiam in hoc eximio opere explendo, praesertim in congregationibus religiosis excitandis quae huic fini inserviunt; dein ostendit quantum vera devotio erga B. Virginem conferat ad christianam adolescentium institutionem, cui inimici Ecclesiae tam adversantur.

5) Dom. Ioannes Gnolfo, S.D.B., ex investigationibus archaeologicis protulit quidquid respicit mediationem B. M. Virginis prout in titulo 'Maria Auxilium Christianorum' intelligitur.

6) Dom. Aloysius Fiora, professor in Pont. Athenaeo Salesiano, auxilium B. M. Virginis erga Romanum Pontificem multiplici argumento historico declaravit.

7) Tandem Dom. Conradus Casalegno, in Pont. Athenaeo Salesiano professor, Mariam esse auxilium Ecclesiae in hodierno humani generis discrimine, contra hostiles huius temporis incursus, fuse ostendit.

Hoc modo singularis B. M. Virginis missio in vita Ecclesiae, eiusque mira ac materna adimpletio abunde declarata et probata est.

Ex his quae in sectione salesiana probata sunt facile appetet titulum 'Maria Auxilium Christianorum', cum extollat auxiliantem mediationem B. M. Virginis in favorem Ecclesiae et Romani Pontificis in maximis periculis, quae ex coadunatione omnium virium hostilium exoriuntur, esse maxima actualitatis, praesertim nostris diebus, in quibus ingentia conamina hostilia perficiuntur contra Ecclesiam et Romanum Pontificem.

Urget proinde invocatio B. M. Virginis Auxilii Christianorum ad hoc ut etiam nostris hisce calamitosis temporibus B. M. Virgo suum munus auxiliatrixis Ecclesiae et Romani Pontificis, sicut saeculis praeteritis, materne expleat, hostiles ac diabolicos incursus dissolvat, ut tandem aliquando pax Christi in regno Christi, auxiliatrice virgine Maria, instauretur.

Ad hunc ergo titulum promovendum et extollendum, atque ad efficaciter exposendum auxilium B. Virginis erga Ecclesiam et Romanum Pontificem humile ac fidens votum promittit ut festum liturgicum B. Virginis Christianorum Auxiliatrixis, die 24 maii, ad universam Ecclesiam extendatur".

4) SECTIONES PARTICULARRES A NATIONIBUS CONSTITUTAE

I. - *Sectio croata*

De activitate sectionis croatae R. Dom. Ioannes Oberški, praeses sectionis, hanc praebuit relationem:

"Hoc in mariologico internationali congressu, in quo fere omnium totius catholici orbis nationum christifideles sive per suos pastores hierarchicos sive per scientiae theologicae cultores partem suam habent, natio etiam croata, quamvis parva, decenter praesens apparet. Nam, si gloriari licet, nobis croatis non parvi honoris est, cum compertum habeamus maximum onus praeparationis scientificae et technicae huius congressus clarissimum concivem nostrum, insignem mariologiae et historiae scholasticae cultorem, R.P. Carolum Balić, O.F.M., sustinuisse omniaque sua peritia disposuisse, ut congressus talem effectum iam nunc sortitus sit, cuius vos ipsi, clarissimi auditores, testes estis. Sed aliqua dicenda de laboribus nostrae sectionis, cuius programma idem R.P. Balić nobis proposuit.

Temporum iniuria non omnes in programmate scripti relatores huc venire ex patria potuerunt, sed bene quidem substitutos ex nostris connationalibus hic Romae invenerunt.

Die prima R. Dom. Ioannes Oberški doctrinam S. Scripturae de praedestinatione B. V. Mariae ad eius singularem missionem exposuit, locos classicos de qua-

tuor praecipuis muneribus B. V. Mariae et in fine de gloria eius caelesti adducens. De munere corredemptricis constat ex verbis Protoevangelii (Gen., 3, 15) et ex verbis Isaiae, quatenus in ipsis annuntiatur ipsam matrem Emmanuelis futuram esse. Ex N. Testamento hoc munus confirmatur ex verbis annuntiationis. Pro virginali maternitate adducuntur textus Isaiae, cap. 7, 14, et Ieremiae, cap. 31, 22. Munus mediaticis constat ex sanctificatione S. Ioannis Baptistae adhuc in utero et ex historia nuptiarum in Cana. Munus matris et advocatae generis humani praesertim inducitur ex verbis Christi in cruce: 'Ecce mater tua'. Ex his muneribus orator concludit ad necessitatem caelestis glorificationis Mariae per eius assumptionem corpoream.

R.P. Hieronymus Šetka, O.F.M., deinde locutus est de poësia populari mariana croata. Omnia mysteria Mariae, omnes eius praerogativa et virtutes expressae sunt in hac poësia, modo quidem simplici, sed apto ad devotionem populi fovendam. Orator exempla adducit, quae praesentes delectant.

Die secunda sessionem aperuit R. Dom. Joseph Marić, perlegendo relationem: 'De dogmatisation doctrinae de assumptione B. V. Mariae in caelum'. Exposita historia cultus B. V. Mariae in caelum assumptae, ostendit hanc doctrinam post tot per saecula petitiones episcoporum et fidelium totius orbis christiani, quae quidem petitiones fidem firmam Ecclesiae denotant, ad stadium definibilitatis pervenisse.

R.P. Antonius Crnica, O.F.M., qui quidem ad congressum minime venire potuit, relationem doctam praeparavit, quae cultum assumptionis Mariae in populo croato illustrat. Relatio, lecta a R.P. Carolo Nola, O.F.M., in ordine loquitur de templis in honorem assumptionis aedificatis, quae valde numerosa sunt, de imaginibus quae assumptionem Virginis celebrant, de confraternitatibus de assumptione Virginis nominatis, de legatis quae piae personae in honorem assumptionis fundarunt.

Hanc relationem compleverunt R.P. Carolus Nola, O.F.M., qui locutus est de cultu assumptionis in provinciis croatis Dalmatiae, Bosnae et Hercegovinae, et R. Dom. Ioannes Kokot, loquens de cultu assumptionis in ecclesia metropolitana zagrebiensi.

In fine autem sessionis in aula apparuit R.P. Carolus Balić, qui a praesentibus applausu exceptus, verba salutis pronuntiavit.

Ultimo die R.P. Dominicus Mandić, O.F.M., participantes sectioni croatae ad ecclesiam ab eo nuper exstructam in honorem B. V. Mariae gratiarum mediaticis invitavit, ubi sua competentia explicavit quomodo tota mariologia expressa sit in operibus artis, quae 28 artifices, inter quos celeberrimus sculptor croata Ioannes Meštrović, magna cum peritia compleverunt.

R. Dom. Georgius Magjerec deinde praesentes ad collegium croatum S. Hieronymi invitavit, ubi R. Dom. Ioannes Kokot preelectionem suam de cultu B. V. Mariae, speciali modo assumptionis eius, expresso et testificato in musica nationali croata habuit. In fine R. Dom. Georgius Magjerec, rector collegii S. Hieronymi, motiva mariana exposuit, quae in operibus artis in ecclesia nationali croata S. Hieronymi inveniri possunt.

Hisce igitur dictis, concludere liceat sectionem croatam suum exiguum lapidem admovisse ad felicem exitum huius congressus, qui glorificationem Mariae 'Croatorum reginae' praecedit".

2. - *Sectio germanica*

Quid in sectione nationis germanicae actum sit, ita exposuit ipse sectionis praeses, R.P. Hugo Lang, O.S.B.:

"Eminentissimus huius congressus praesidens in sermone exordiali mentionem fecit illius S. Bernardi sententiae, quae beatissimam virginem Mariam vocat 'negotium omnium saeculorum'. Dubium vero non est, quin inter omnia ecclesiae saecula eximii momenti sint prima illa, Christo et apostolis quasi pedissequa, quae traditionis vetustissima nobis praebent documenta omnisque theologiae matutinum vigorem atque splendorem.

Idcirco R.P. Balić nationis germanicae theologos honorare voluit eorum scrutinio commendando mariologiam horum sanctorum Patrum, qui gloriam Matris Dei in concilio Ephesino illucescentem et praeierunt et praeparaverunt. Non aequa faciliter inveniuntur seu recte comprehenduntur illa prima germina quam ii flores atque fructus, quos hodiernus mariologiae status gloriose explicatus omnium catholicorum oculis uberrimos pandit.

Textus vetustissimos recte non interpretabitur, nisi qui aliquam operam dederit perscrutandae ei cogitandi formae, quae antiquis fuit propria. In prima igitur lectione clar. mus Dom. Delahaye, aquisgranensis, demonstravit, quantum antiqui intenderint illi 'esse sub forma imaginis', sub symbolo seu typo, quo omne, quod est, manifestum fit nobis. In symbolo enim vident et patere omne ens et patefacere quae sit veritas eius. Sic in symbolo mulieris eis exprimitur mundus creatus ita, ut in virgine appareat integritas sive originalis sive restituta, in foecunditate matris vero cooperatio a Deo naturae conditae concessa. Cum redemptio Patrum opinione imprimis sit restitutio in integrum, mundus redemptus in effigie totali mulieris, in virgine-matre exprimi potest. Haec quasi nova creatio sub forma Ecclesiae intelligitur perfecta. Ecclesia in doctrinae namque integritate virginitatem suam, in communicanda autem fide et vita foecunditatem maternam demonstrat. Has Ecclesiae qualitates denuo sancti Patres invenerunt in virgine-matre Maria, easque aequa unitas in persona Ecclesiae atque in persona Mariae, Evae antitypo. Quid mirum, quod mariologia eorum de ecclesiologia sumpsit exordium? Huius cohaerentiae intimae sancti scriptores sibi remanserunt consciit quamdiu iugem Christi glorificati in Ecclesia operationem et sponsae eius cooperationem magis attenderunt quam ad historicam Christi et Mariae vitam respexerunt. Hic cogitandi modus perfecte redditur ex S. Ambrosii temporibus in praeclara illa formula: 'Maria est typus Ecclesiae', quae est quasi summa eorum, quae de virgine-matre iam Iustinus et Irenaeus docuerunt omnesque fideles 'viderunt'. Quae relatoris theses probari videbantur etiam ex iconographia mariana vetustissima. Mater enim Christi super cathedram sedens identidem ibi ostenditur ad episcopi instar gerere personam Ecclesiae.

A mente graecorum aliqualiter distans visus est nobis S. Ephraem Syrus, quapropter eum negligere noluimus, quippe qui praebeat vere propria. Ex authenticis eius carminibus sententias nobis exaravit Dom. Krüger, monasteriensis. Pro suo ascetismo sanctus diaconus et doctor omnia Mariae privilegia videt emergentia ex eius virginitate: primo est virgo, deinde mater Dei; mater est, quia virgo est. Virginalia corporis eius nec sensu nec tactu laesa sunt. Per aurem concipiens filium, virgo ante partum remanet virgo et in partu et post partum. Virginalia Mariae etiam post mortem iuxta sanctum diaconum non sunt dissoluta, immo in eis mortua non est, quia Maria in sua nativitate secunda, i. e. in incarnatione Domini, iam induit gloriam corporis sui, participis proinde omnium mirabilium corporis Christi, quae sunt mors, resurrectio, ascensio. Ex quo facile deducitur, quod tamen S. Ephraem ipse non deduxit, Mariam surrexisse et esse assumptam. Purificationem vero eius a peccato originali et a concupiscentiis factam esse censem S. Ephraem in nativitate Domini. Opus tandem Mariae hic doctor veram vocat corredemptionem, quod aequo modo ipse affirmat de opere Gabrielis archangeli et Ioannis Baptiste.

Lectio tertia habita a R.P. Söll, salesiano, non unam tantum Ecclesiae provinciam delineavit reducendo sententias doctorum Cappadocensium ad suos quoscumque fontes. Praecipuum eorum meritum videndum est in eo, quod Mariam 'theotokon' et statuerunt et defenderunt, sic longe ante Ephesinum testificantes communem christiani populi in ea provincia opinionem. Imprimis S. Gregorius Nazianzenus summa claritate et auctoritate in hoc termino resumit quae argumentabantur catholici contra varias haereses, quae insurgebant. Vetere antithesi 'Eva-Maria' Amphilochius utitur corredemptricem Mariam propemodum postulans. Parallelen autem 'Ecclesia-Maria' aliquantulum verentur hi doctores, ne gnosticis ansam praebant. Mariologiam omnem clare deducunt ex christologia, christologiam vero ex sua de Trinitate doctrina. 'Aeiparthenon' deinde vocant Mariam, virginitatem eius ante partum et in partu ponentes quidem miraculum gratiae, virginitatem post partum e contra morale meritum ipsius Virginis electioni suea libere consentientis, quippe quae virginitati perpetuae voto se vovisset. Non consenserunt Cappadocii in ea quaestione, quae nobis vana, immo offendens aures videtur, illis temporibus vero multis ex causis, expositis, e. gr., a spectatissimo Dom. Jouassard, multum versata erat: utrum nempe sancta Virgo fuerit sine peccato. Basilius princeps ascetarum eam de communi tentatione (*πειρασμῷ*) eximere non audet. Excellunt autem huius regionis sancti Patres in delineando primum aliquem cultum publicum, invocationem, cultum forsitan etiam sub imaginibus. Elucet ex Cappadocensium in mariologia miro progressu, quod et doctrina et cultus marialis decisive sint stabiliti iam ante Ephesinum ex ea veritate, quam symbolum nicaenum in suo termino σαρκωθεὶς 'incarnatus' praedicaverat.

Quae deinde S. Ambrosius de mysterio B. Virginis atque Dei Genitricis docuerit, dilucide in sua lectione clarissimus Dom. Huhn, professor fuldensis, proposuit. Episcopus mediolanensis vix ullam praetermisit occasionem quin sanctae Virginis mentionem faceret. Proficiscitur a maternitate divina tanquam principio, ex eo, quod vere est mater Christi, affirmans ipsam esse virginem in conceptione, in partu et post partum, Cyrilli Alexandrini sic anticipans claritatem: 'Talis decet

partus Deum'. Talem vero partum Ambrosius postulabat propter dignitatem Christi, ut videlicet anima in infusione in corpus secundum concupiscentiae legem non inficiaretur et ut, sicut ex terra virgine Adam, sic etiam oriretur Christus ex virgine; denique, ut adaequaretur partus Christi ex Virgine sine patre cum partu Verbi ex Deo Genitore sine matre. Virginitatem in partu defendit contra Iovinianum et alios. Magna deinde cum indignatione refutat errorem Bonosi post Helvidium negantis perpetuam Mariae virginitatem. Profundius intrans in mysterium Virginis Matris antecessorum conceptus accuratissime atque arctissime exprimit his verbis: Maria est typus Ecclesiae. Ecclesiam namque Ambrosius vocat virginem, quae non parit, Mariae autem attribuit, quae de Ecclesia prophetata sunt, ita non iam discernens typum et antitypum: 'Speciosi ergo gressus Mariae vel Ecclesia'. Sicut in exordio nostrae redempcionis, ita V. Maria etiam est typus Ecclesiae sub cruce, in quo Christus 'suscepit' quidem 'matris affectum, sed non quaequivit hominis auxilium'. De cruce testamento 'publico et privato' Matri filium Ioannem commendans constituit Dominus Mariam omnium viventium matrem. Prima iuxta S. Ambrosium ea fructum hausit salutis, per quam salus omnium parabatur. Per gratiam virgo ab omni integra labe peccati est nesciens errorem. Talis fuit Maria, ut eius unius vita omnium sit disciplina. Videmus omnes, ut ita dicam, anxietates priorum circa Mariae impeccantiam nunc evanuisse.

Attingit deinde sanctorum Patrum mariologia in S. Augustino aliquam summationem et quantum ad multa etiam perfectionem atque exemplaritatem. Ecce, quae exposuit spectabilissimus decanus wirceburgensis Fridericus Hofmann:

Primum fundamentum doctrinae S. Augustini est Christum hominem esse unicum mediatorem inter Deum et homines eumque caput corporis sui, id est Ecclesiae. Omnis gratia a Deo data est in concreto gratia Christi per Ecclesiam e latere suo profusam. Christum autem, salutem et vitam nostram, per Mariam virginem matrem accepimus. Sicut per Evam in interitum missi eramus, sic per Mariam nobis redditia est salus. Haec participatio Mariae in opere redempcionis videtur esse externa, quamvis maternitas physica Mariae coniuncta sit cum summa vitae sanctitate. Sed ad doctrinam: Christum esse unicum mediatorem et redemptorem, accedit sententia sancti Augustini Ecclesiam esse vere matrem membra sua parientem, non primarie ut institutionem sacramentis donatam, sed ut vivum organismum, vivum corpus, ad quod pertinent omnes sancti. Haec sancta mater Ecclesia invisibiliter cooperatur in opere redempcionis, cum ministri sacramenta dispensantes visibiliter agant. 'Tota hoc mater Ecclesia, quae in sanctis est, facit, quia tota omnes, tota singulos parit' (Ep. 98, 5). Etiam Maria est membrum sanctae matris Ecclesiae. Sanctus Augustinus eam non solum typum Ecclesiae saepe appellat et dicit Ecclesiam esse Mariae simillimam, sed etiam expresse affirmit Mariam esse excellens membrorum Ecclesiae: 'Melior est Ecclesia quam virgo Maria. Quare? Quia Maria portio est Ecclesiae, sanctum membrum, excellens membrum, supereminens membrum, sed tamen totius corporis membrum. Si totius corporis, plus est profecto corpus quam membrum' (M. Denis, 25, 7; ed. Morin, pag. 163). Ut membrum Ecclesiae Maria pertinet ad matrem Ecclesiam et ita cooperatur in opere redempcionis, quod Augustinus expresse dicit in *De sancta virginitate*, 6, 6: 'Spiritualiter Maria non est mater Christi capitum, sed membrorum eius, quod

nos sumus, quia cooperata est caritate, ut fideles in Ecclesia nascerentur, quae illius capitis membra sunt'. Augustinus non explicat, in quo constet cooperatio Mariae, imprimis praesentiam Mariae sub cruce non in hoc sensu intelligit; neque ostendit, quo modo cooperatio Mariae ut excellentis membra Ecclesiae maior sit quam aliorum. Sed certe cooperatio Mariae in ordine redemptionis a cooperatione Ecclesiae solvi non potest. Et hoc est maximi momenti in quaestione, quam positionem habeat Maria in ordine redemptionis. Maria semper consideranda est iuxta Augustinum membrum Ecclesiae, sed illud supereminens membrum, quod magis participat in opere redemptionis quam quolibet aliud membrum. Cooperatio eius in redimendis membris non est solvenda a cooperatione Ecclesiae.

Liceat moderatori sectionis huic relationi addere considerationem his temporibus non superfluam:

Certe Augustinus est unus solummodo ex praecipuis auctoribus in doctrina catholica explicanda per saecula; nec obliviscamur non omnes magni doctoris sententias ab Ecclesia esse receptas in sua, immo aliquas ex suis sententiis obices magis quam vehicula fuere theologis in enucleandis veritatibus etiam principalioribus. Attamen liceat nobis enixe rogare, ne nos unquam totaliter separemus ab Augustini de beatissima Virgine Matre doctrina, separantes nempe ipsam a communione omnium redemptorum in corpore Christi ex capite Christo viventium, separantes ita mariologiam nostram ab ecclesiologia nostra.

Non ita difficultates quam problemata eaque fructuosissima oriuntur ex diligentissima quam meretur disquisitione doctrinae Patrum antecaphesinorum, quos sancta Ecclesia hucusque inter suos sanctos doctores pro aetate tantopere aestimat. Inde ne aut antiquis aut hodiernis exclusive seu disproportionaliter faveamus, censuimus necessarium observare, quae sint signa vere homogeneae seu genuinae explicationis veritatum implicite revelatarum. Quae signa sive criteria omnia Dom. Winklhofer, professor passaviensis, in sermone concludente nobis exposuit. Ex eis facile videtur, quod, Spiritu Sancto tanquam principio interno heri, hodie et mane illuminante, sancta Ecclesia omnia dogmata mariana revera homogenee explicavit. Historicus non iudicet optamus dogmata, sed dogmaticus nunquam obliviscatur patrum suorum, qui ei sunt et fontes et testimonia, mox dirigentes, mox monentes. Minime erit nostrum diiudicare, quae saecula vel qui sanctae Ecclesiae doctores maxime dilexerint sanctissimam Virginem Matrem typum ecclesiae. Et mane videbimus et nos gloriam eius quam habet ab initio ”.

3. - *Sectio hibernica*

Secretarius sectionis, R.P. Alexander Kerrigan, O.F.M., summarium laborum sic exposuit:

”Adunationes sectionis hibernicae habitae sunt diebus 24 et 25 octobris in aula maxima collegii sancti Isidori, assistantibus Ex.mis ac R.mis Dom. archiepiscopis dublinensi (Hiberniae primate), cassilensi, Portus Hispaniae, Ex.mis legatis gentis hibernorum apud Sanctam Sedem et Rempublicam Itallicam, Ill.mo Dom. rectore collegii hibernorum de Urbe, Ill.mis Dom. Ryan et Gordon de Secretariatu Status, Adm. R.P. superiore generali Societatis Missionum Africanarum, Adm. R.P. pro-

curatore generali Ordinis Fratrum Minorum, Adm. R.P. procuratore generali Congregationis S. Columbani, Adm. R.P. priore collegii sancti Clementis, Adm. R.P. Flannan O'Neill, O.F.M., definitore generali, pluribusque aliis tam peregrinis Urbem pie visitantibus quam alumnis communitatuum quae Romae sedem stabilem possident.

Themata in coetibus duobus tractata haec sequuntur:

R. P. Franciscus Smith, O.P., professor S. theologiae studii theologici apud Tallow, summatim exposuit ideas principales a sancto Thoma sublineatas in commentario quem composuit de salutatione angelica. Orator mentem sancti doctoris longiore modo commentatus est relate ad gratiam redemptionis ipsi Virgini a Deo collatam.

R.P. Henricus Nolan, S.I., collationem fecit de argumentis a Francisco Suarez adhibitis ad assumptionem Virginis probandam. Relator attentionem movit ad argumentum quod Summus Pontifex Pius XII a Doctore Eximio mutuatus est in quo convenientia assumptionis Virginis ab eius immaculata conceptione deduci videtur; argumentum de quo agitur est unicum argumentum theologicum a rengnante Pontifice in documentis publicis de assumptione invocatum.

R.P. Sylvester O'Brien, O.F.M., sermonem habuit de mediatione Mariae iuxta sanctum Irenaeum. Haec doctrina eruitur praecipue ex antithesi quam Irenaeus statuit in oeconomia redemptionis inter Eam et Mariam ad instar illius antitheseos inter Adam et Christum existentis: Maria exhibetur tanquam nova Eva quae cum Christo, secundo Adam, voluntate Dei salvifica ita coniungitur ut ipsa cum Christo unicum principium totale salutis evadat. Episcopus lugdunensis ex eo quod in ordine salutis ponit mediationem Mariae non inter Christum et genus humanum sed potius inter Deum peccato offensum et hominem redemptore egenum, videtur docere Mariam redemptioni in actu primo immediate cooperatam esse.

R.P. Enda Devane, O.Carm., disseruit de cultu erga scapulare B. Virginis de monte Carmelo apud hibernos. Historia ob penuriam documentorum scientifice et complete componi non potest. Recursu habito ad aliquos hymnos lingua hibernorum scriptos concludit istam devotionem apud gentem nostram valde antiquam esse.

R.P. Alexander Kerrigan, O.F.M., professor in Pont. Athenaeo Antoniano, multis textibus inspectis, ideas sancti Cyrilli Alexandrini illustrare conatus est relate ad praedestinationem Virginis. Patriarcha alexandrinus opinatur Mariam, Christo tamen subordinatam, tanquam Virginem Matrem a Deo independenter a peccato Adami volitam esse tam in ordine naturali quam in ordine supernaturali; peccato Adae praeviso Mariam 'instrumentum oeconomiae' institutam esse. Orator ostendit privilegium incorruptionis corporalis Virgini vi praedestinationis deberi. Exegesim instituit de textu quodam cyrilliano e quo concludit Cyrilum certo credisse corpus Virginis a corruptione prorsus praeservatum esse.

Adm. R.P. Michaël Moylan, O.C.D., definitior generalis et sectionis hibernicæ praeses, testimonis antiquissimis et recentissimis citatis, demonstravit hibernos assumptionem Virginis inde a saeculo octavo amore semperque intensiore coluisse.

R.P. Edwinus Rabbit, O.F.M., claram lectionem habuit de relationibus quae vigent inter Mariam Matrem et Christum Filium ad mentem divi Scoti. Auctoritates quae huic sessioni adstiterunt hanc relationem maximopere laudaverunt.

R.P. Aegidius Doolan, O.P., meditationem texuit de idea quam Deus ab aeterno de Maria concepit. Orator valde pulchre de conceptione immaculata Mariae locutus est, principiis sancti Thomae ope declarationis Virginis Bernadette necnon Catharinae Labouré factae illustratis".

4. - Sectio hungarica

R. P. Innocentius Dám, O.F.M., sectionis secretarius, ita complexus est activitatem sectionis particularis hungaricae:

"Gens sancti Stephani, protoregis hungarorum, praesidentibus R.mo Dom. Joseph Zágon, vicario apostolico in exteris hungarorum, Ex.mo Dom. Iulio Apor, R.mis PP. Francisco Monay, O.F.M.Conv., atque Vincentio Tomek, S. P., celebrare contendit Magnam Dominam, Hungariae patronam, quam iam a S. Stephano et S. Gerardo sub titulo assumptionis colendam fundatores regni Hungariae docuere.

Seriem relationum R.P. Tiburtius Gallus, S.I., aperuit, sensum Gen. 3, 15 essentialiter messianico-marianum esse validis argumentis comprobans. Beata Virgo includitur in Gen. 3, 15 sensu litterali translato, quatenus sc. Deus tales adhibet phrasin, in qua inimicitias 'existenciales' inter diabolum et B. Virginem eiusque semen Christum necnon exitum harum inimicitarum, triumphum nempe Christi de diabolo per mortem et resurrectionem suam reportatum edicit in figuris inimicitarum naturalium inter serpentem (animal) et mulierem (Evam) eorumque semen, necnon in figuris contritionis capitis et vulnerationis calcanei. Quo sensu Protoevangelii edicitur primum doctrina de corredemptrice. Totum enim Gen. 3, 15 nihil aliud est quam 'retorsio, antithesis divina' contra diabolum; aliis verbis: victoria indicata super diabolum victorem, obtenta opposite eodem modo, quo ipse vicit, muliere nempe cooperante. Primum ergo, quod Deus de B. Virgine annuntiat, et eius praesertim concursus ad conterendum caput diaboli ratione maternitatis messianicae. Sicut igitur in concreto ordine salutis ratio fundamentalis totius christologiae in Redemptore est posita, ita etiam ratio fundamentalis mariologiae in corredemptrice est quaerenda; i. e. uti 'quia Redemptor, ideo Verbum Incarnatum', aequo 'quia corredemptrix, ideo Mater Dei'. Ex ratione ista fundamentali iam sponte fluunt privilegia B. Virginis: 1) immaculata conceptio: divinitus 'inimica' diaboli ne per instans quidem 'amica' seu subiecta esse potuit diabolo; 2) Plenitudo gratiarum et summa sanctitas sub Deo cogitabilis, quae corredemptricem, Matrem Dei decent; 3) Possessio donorum praeternaturalium protoparentibus ante lapsum concessorum, illis exclusis, quae cum munere corredemptricis componi nequeunt: a) donum integratatis et immortalitatis; b) exemptione a doloribus et aerumnis huius vitae; (donum tamen immortalitatis B. Virginis ex ratione peculiari oraculi sequi videtur); 4) Virginalis conceptio: Christus est 'semen mulieris' katexochen; 5) Assumptio corporalis et glorificatio caelestis.

R.mus Dom. Nicolaus Ladomérszky obiectiva doctrinae assumptionisticae fundamenta investigavit in traditione orientali. Ad VI saeculum usque directa et

clara documenta non inveniuntur de assumptione, attentionem tamen merentur Patres et scripta apocrypha. Origenes et Gregorius Naz. agnoscunt possibilitatem mortis B. Virginis, Epiphanius mortis, sepulturae, martyrii et immortalitatis Mariae meminit, assumptionis factum tamen aperte haud asserens, concludit Matrem Dei gloriosam finem habuisse. Apocrypha magis de morte B. Virginis referunt. A saeculo VII iam clara argumenta erui possunt tum de morte cum de assumptione Deiparae, inter quae relationes Ioannis Thessalonicensis, Modesti Hierosolymitani, S. Germani Constantinopolitani, Andreae Cretensis, S. Ioannis Damasceni, S. Theodori Studitiae examinantur, necnon liturgiarum orientalium testimonia.

R.P. Sabbas Kilián, O.F.M., servi Dei Ottocari Prohászka († 1926), episcopi albaregalensis, doctrinam subiecit serio examini, de praedestinatione B. V. Mariae magnificentum eiusdem textum commentans: 'Si sanctuarium amoenissimum decretorum Dei contenderem contemplandum, propter mundum spiritualem, propter Iesum et Mariam ergo ac sanctos, praecipue tamen propter splendidissimam ideam in fundis decretorum aeternorum latenter, Iesum scilicet, Deum omnia creasse video; hic Deus-Homo est centrum, initium et corona; omnia ipsi adaptantur in mundo; propter ipsum est gratia; ideo puto Christum esse primum, primogenitum atque propter ipsum esse omnia; qui advenisset, etsi nullum in terra peccatum exstitisset. Et post Christum anima sanctissimae Virginis florescens est maxima Dei gloria in ordine creationis et gratiae. Propter ipsam imprimis creavit mundum, propter ipsam ante omnia incarnatus est et propter ipsam instituit Eucharistiam, quia sponsa et amica, centrum praedilectionis et praedestinationis...'. Merito igitur Prohászka inter Scotum, Franciscum de Salesio, P. Faber, de Segur, Newman meminisse iuvat.

De maternitate spirituali B. V. Mariae R.mus P. Ladislaus Héder, O.S.M., instituit indagationem, per ordinem afferendo argumenta ex S. Scriptura, traditione, rationibus theologicis, extensionem maternitatis spiritualis erga omnes salvatos, diverso sane modo, explanans.

De relationibus foecundissimis, quae Mariam inter et Ecclesiam exstant, R.P. Gerardus Békés, O.S.B., habuit relationem, Mariam relate ad dogmatum evolutionem considerans, Mariae partem in vita supernaturali Ecclesiae investigans, quum Maria vitam supernaturalem Ecclesiae personificet gratiasque redemptoris distribuat. Maria quidem, qua creatura salvata, non extra corpus Christi mysticum exstat, sed est perfectissimum Ecclesiae membrum: filia Ecclesiae, quae tamen caelestis omnium nostrorum mater exstitit, ut cum Christo aeternam nobis vitam largiretur.


R.P. Titus Szabó, O.F.M., doctrinam S. Bonaventurae de mediatione B. M. Virginis quoad omnes gratias exposuit.

Ill.mus Dom. Gulielmus Juhász fundamenta ethnologica atque missionem historiam celeberrimae illius de 'Muliere Amicta Sole' representationis illustranda suscepit, quae in Hungaria contra haereses patarenorum, 'bogumil' quos vocant, hussitarum et protestantium, zelo Fratrum Minorum de Observantia divulgata, integritatem catholicae religionis servandam adiuvit.

R.P. Innocentius Dám, O.F.M., de ethnographica vitae B. V. Mariae in moribus populi hungarici representatione attulit validissima, maxime propria diligentia collecta documenta, per ordinem demonstrando, quomodo populus Mariae



52. - Sectio montfortana italica: iuvenes montfortani e studio lauretano
oratorem audiunt



53. - Sectio Congregationis Presbyterorum a SS. Sacramento: Ex.mus Dom. Ioannes
Nissan thema evolvit; Ex.mus Dom. Alexander Vachon sessioni praeest. A dextris
oratoris R. P. Ioseph Missaglia, secretarius

54. - Sectio Congr. Mission. Filiorum Immaculati Cordis B. M. Virginis (Claretianorum): Ex. mus Dom. B. Budelacci sessio- ni preeest; a dextris eius R. mus P. P. Schweiger, C.M.F., superior gener- alis, et R. P. I. Arragain, C.I.M.; a sinistris: R. mus P. F. Lebesconte, C.I.M., et R. P. G. Rozo, C.M.F., secretarius




56. - Sectio croata:
auditorum pars



55. - Sectio Societa-
tis Sancti Franci-
sci Salesii (Salesia-
norum): studentes
cum professoribus
sessioni praesente-



57. - Sectio germanica: auditorum pars



58. - Sectio hibernica: auctoritates audientes R. P. Michaëlem Moylan, O.C.D.: Ex.mus Dom. Ioannes Carolus Mc Quaid, primas Hiberniae; legati hibernici apud Sanctam Sedem et Gubernium Italicum: Ex.mus Dom. Ioseph Patritius Walshe et Ex.mus Dom. L. Devlin; procurator generalis Ordinis Minorum: R. P. Matthias Faust



59. - Sectio hungarica: praesidium sectionis. Inde a sinistra: Ex.mus Dom. Iulius Apor, R. Dom. Iulius Magyary, R. P. Ladislaus Héder, O.S.M., et R. P. Innocentius Dáni, O.F.M., secretarius



60. - Sectio polona: auditorum pars



61. - Sectio slovena: R. Dom. Matthias Šaruga, S. D. B., thema perlegit; praesident R. P. Antonius Prešeren, S. I., et R. Dom. Ioannes Vodopivec (primus inde a dextra)

devotus festa Mariae virginis in diversis cultus popularis formis celeb^{rare} contendit.

R.P. Lucius Németh, O.F.M., de motu assumptionistico ultimi quinquennii exhibuit amplam relationem, qua elucet cultus marianus in Hungaria renascens, cuius zelosissimus apostolus, E.mus Dom. Iosephus card. Mindszenty, ob labores pro Virgine assumpta susceptos inimicorum Ecclesiae invidiam excitavit, qui eum tandem in carcerem iecere.

Sessionibus R.mus P. Franciscus Monay, O.F.M. Conv., finem imposuit, practicis argumenta prolat^a illustrando conclusionibus".

5. - *Sectio polona*

Labores sectionis ita exposuit R.mus Dom. Adalbertus Turowski, S.A.C., sectionis praeses:

"Sectio polona in tribus sessionibus, ob magnum participantium numerum in aula magna Pont. collegii polonorum habitis, quinque quaestiones pertractabat.

Prima relatio scientifica, a R.P. Ludovico Krupa, O.F.M., theologiae dogmaticae in universitate catholica lublinensi professore, exarata, de triumpho beatissimae V. Mariae agit quem per victoriam de hoste maligno reportavit. Triumphus enim ille, quo beatissima Virgo nunc in caelis fruitur, speciali gratia Christi, Matre Dei digna, meritus est. Non conveniebat enim, ut illa quae^{re} praedestinatione divina in Dei Genitricem electa erat, per aliquod saltem momentum sub potestate spiritus immundi esset. Inde speciale privilegium immaculatae conceptionis, inde novus splendor in corona gloriae ac novus triumphus Mariae virginis, unanimi atque continua fide totius Ecclesiae a saeculis confessus, novissime vero ineffabili oraculo Summi Pastoris confirmandus expectatur.

Continua enim ac firma fides in B. V. Mariam assumptam priorum saeculorum ad nostra usque tempora de die in diem crescens, tum Ecclesiae orientalis cum Ecclesiae occidentalis, expressa atque contenta passim in homiliis, praecipue vero in libris liturgicis, sine ullo dubio sufficiens argumentum praebet, illud quod credebatur et creditur, revera non solum Matre Dei dignum sed etiam iustum esse. Christus enim potuit Matrem suam non tantum ab originalis peccati labore praeservare, sed etiam, ut triumphum Mariae completum redderet, eam novo splendore ornare, evehere nempe illam quae redemptorem mundi genuit 'super choros angelorum ad caelestia regna'. Nullius quasi momenti pro nostro scopo est modus quo beatissima Virgo hanc novam gloriam adepta est, nullumque influxum in ipsum factum gloriosum huius novi triumphi exercere potest.

Secunda relatio, R.P. Casimiri Kucharski, S.I., de praecipuis factoribus assumptionisticae traditionis in Polonia agit. Fides catholica in Poloniā non Bisantio, sicut ad complures alias nationes slavas, sed Roma venit. Roma igitur una cum fide catholica nationem polonam etiam traditionem assumptionisticam docuit. Utī traditio fert, S. Adalbertus Romae post processionem in honorem Virginis assumptae anno 998, cui interfuit, antiquissimum hymnum religiosum et quidem marianum in lingua polona sub titulo 'Bogurodzica', Deigenitrix, composuit. Qui hymnus toti nationi usque ad hodiernum diem carissimus est. Fidei in assumptionem testes praecipi sunt episcopi, qui antiquissimas ecclesias cathedrales in honorem Vir-

ginis assumptae dedicant. Iam saec. XIII dioecesis cracoviensis et wratislaviensis permultis ecclesiis Mariae assumptae dicatis gloriantur. Inde a saeculis in tota Polonia peregrinationes ad sanctuaria mariana, quasi omnia in ecclesiis Virgini assumptae dicatis exorta, celebrantur et ab animarum pastoribus promoventur. Inter 26 sanctuaria mariana, per totam Polonię sparsa, sanctuarium Czestochowa anno 1382 constructum, eminet. Magnam quoque partem in traditione assumptio-nistica habuit Rosarium, quod episcopis, clero, regibus, senatoribus omnique populo pergratum semper fuit. Inter theologos, qui cultum veritatemque assumptionis explicabant et defendebant, speciali mentione Sieniatycki, Kremer et Pawłowski digni sunt. Celeberimi concionatores, uti Wujek, Skarga, Antoniewicz, classicos sermones et panegyricos in honorem B. V. assumptae nobis tradiderunt.

Relatio tertia, ab eodem P. C. Kucharski, S. I., facta, circa manifestationes cultus B. V. M. assumptae in vita religiosa, in scientiis atque in arte polonorum versatur. Vita religiosa alia est vita ecclesiae et alia vita publica nationis et alia vita privata. Praecipuae manifestationes cultus Virginis assumptae in vita ecclesiae in Polonia reperiuntur in sic dictis Horis B. V. Mariae (Godzinki), quae a saeculo XV usque ad hodiernum diem in omnibus fere ecclesiis (etiam in domibus privatis) cantantur, et in confraternitate assumptionis, quae Gnesnae iam tempore beati Gaudentii, fratris sancti Adalberti, fundata est. Tanquam documenta eiusdem cultus in vita publica nationis polonae mentione digna sunt praeprimis sollemnis consecratio totius nationis B. M. Virginis a rege Casimiro a. 1656 in ecclesia cathedrali Virginis assumptae Leopoli facta necnon hymnus marialis 'Bogurodzica', utpote hymnus nationalis et militaris totius regni Poloniae. Tanquam cultus privati testes praeclarissimi sunt S. Stanislaus Kostka, S. Casimirus, regis Ladislai confessio, episcopus Lubienski, notissimus miles Mohort. Huius cultus manifestationes pulcherrimae magnique momenti in arte et poësia reperiuntur. Per multae sunt manifestationes huius cultus in arte plastica, i. e. in pictura, sculptura, architectura. Devastationes bellorum et complurium invasionum ex parte tartarorum id effecerunt, ut huius artis monumenta saec. X-XIII solummodo in residuis et fragmentis inveniantur. Monumenta vero inde a saec. XIV bene conservata permulta sunt, Inter alia eminent cimelium sculpturae polonae, altare scil. 'Dormitionis B. V. Mariae' a Wit Stwosz Crocoviae factum, et inter modernos cyclus 'Regina caeli' a Stachiewicz depictus. Fere omnis sculptor vel pictor saltem aliquo opere suo B. V. Mariam repraesentat et inter has repraesentationes primum locum occupant dormitio, assumptio, coronatio B. V. Mariae. In poësia vero inde a saec. XV usque ad hodiernum diem permulti habent hymni de assumptione B. V. Mariae, optime demonstrantes qualis fuerit cultus huius mysterii in unaquaque epocha.

R. Dom. Ioseph Podróžny in relatione sua mariale poësiam polonam ultimi decennii tractans, permultis et quidem pulcherrimis exemplis ostendit quomodo post cladem an. 1939 in tota natione perseveraverit tenax fides in meliorem crastinum diem et in quonam gradu huius fidei perseverantiaeque fons et signum sit canticum marianum. Varia cantica, diversi soni, in difficillimis conditionibus et circumstantiis exorti, rem unam exprimunt, scil. eximum amorem nationis polonae erga B. V. Mariam, matrem et reginam suam.

Relatio ultima, R. Dom. Wenceslai Patykiewicz, *Czestochowiae in Polonia scripta et ad Academiam Marianam Internationalem missa, continet statisticam generalem ecclesiarum B. V. Mariae in Polonia dedicatarum. Longum esset hanc statisticam ordine chronologico percurrere. Ideo brevitatis causa id unum dicendum numerum ecclesiarum B. V. Mariae assumptae dedicatarum nunc temporis 29 %, i. e. fere tertiam partem ecclesiarum totius Poloniae constituere.*

Ex dictis apparet quam profunda sit populi poloni pietas erga B. V. Mariam, quam profundus et quasi eius animae innatus cultus Deiparae assumptae. Cultus iste in decursu saeculorum crevit et hisce ultimis temporibus luce clarior apparet. Sine hac ferventissima erga B. V. Mariam devotione et nationis polonae historia et specialis huius nationis character vix intelligi possunt. Facile igitur intelligere possumus quantum gaudium istius nationis sit ob veritatem de assumptione B. V. Mariae tanquam dogma fidei hisce diebus definiendam et quales eius gratitudinis affectus erga Summum Pontificem Pium XII, papam assumptionis”.

6. - *Sectio slovena*

En relatio quam secretarius sectionis, R. Dom. Ioannes Vodopivec, legerat:

”Sectio slovena duplex sibi genus quaestionum proposuit tractandum: primo, quaestiones quasdam selectas e theologia mariana, dein signa cultus mariani apud slovenos.

R.P. Archangelus a Roč, O.F.M. Cap., lector theologie dogmaticae in studio theologico, Sassari, ’De beatitudine caelesti B. M. Virginis’ verba fecit, explicando tam Virginis vitam personalem quoad animam et corpus quam socialem relate ad ecclesiam triumphantem, purgantem, militantem.

R.P. Carolus Truhlar, S.I., professor in Pont. Universitate Gregoriana, ’De vita intima Matris Dei’ enucleate tractabat. Qua de re non pauca e S. Scriptura erui possunt, quae dein in theologia dogmatica fusius explicantur, attamen in spirituali theologia demum conceptus plenior et perfectior patefit. Ope analysis experientiae mysticae, praesertim supremi in ea gradus, i. e. unionis transformationis, pro certo constat, secundum principia mariologica unionem summam mysticam etiam in Maria plane agnoscendam esse. Revera, vita intima Virginis ab experientia mystica modificatur tota ac elevatur eximie.

R. Dom. Ioannes Vodopivec, professor in Pont. Athenaeo ’de Propaganda Fide’, ’De Maria prout typus Ecclesiae eiusque mater’ nuncupatur disseruit. Completa illa Victoria supra peccatum, communis Christo et Matri eius, tanquam novae Evae, concrete in Ecclesia proprie verificatur et in actum deducitur, cum Christus revera in animis efformatur fidelium omnesque ’in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi’ (Eph. 4, 13) augentur. Quod quidem simul fructus est et sacrificii crucis et maternitatis spiritualis Mariae et maternitatis Ecclesiae, pro diversa tamen ratione. Thesaurus gratiarum, opera quoque corredemptricis constitutus in Ecclesia, notam marialem intimam ac indelebilem secumfert ipsique Ecclesiae eam imprimit.

R. P. Ioannes Tomažič, C.M.F., dein nexus ostendere sategit qui inter Rosarium intercedit et devotionem ad Cor immaculatum Mariae secundum revelationes Fatimae datas.

Altera series quaestionum, quae tractatae sunt: de cultu mariano.

R.P. Hugo Bren, O.F.M., decanus facultatis theologicae in Pont. Athenaeo Antoniano, 'De mystica mariana in populo sloveno' agebat. Sub influxu traditionis popularis, quae matre in familia christiana magistra, de generatione transit in generationem, tota mentis habitudo iam mariana evasit, prouti diversissima symbola mariana id comprobant in variis populi legendis, in artis monumentis, necnon in usu etiam vitae quotidiana. Ita devotio vere filialis erga Matrem caelestem appetet tanquam nota maxime characteristica istius populi.

R.P. Methodius Turnšek, S.O. Cist., eandem rem ex historia religiosa ostendit. Ex. gr. prima ecclesia ibi erecta in medio saec. VIII dicata erat assumptae, sicuti et postea longe maior pars inter ecclesias vetustiores apprime paroeciales.

R. Dom. Mirko Brumat congregations marianas tanquam fontem insignem renovationis spiritualis delineat, documentis ex historia nationis depromptis.

R. Dom. Matthias Šaruga, S.D.B., 'De Maria matre unitatis christiana' disseruit, redintegrante scissionem ecclesiarum. Mira enim etiam apud slavos dissidentes devotio erga Virginem Matrem inde a SS. Cyrillo et Methodio floret: en vinculum unionis, latens quidem, sed influens efficaciter.

Postremo R. Dom. Maximilianus Jezernik de illa quae 'Legio Mariae' nuncupatur activitate apostolica praecipua quaedam enarravit.

Liceat nobis ita concludere: ex tota slavicae gentis stirpe sloveni pars omnium minima sunt, attamen corde et animo intime mariana. Hic ergo quasi Beniamin in familia slavorum, tenerimis amoris vinculis suae Matri devinctus et ab ea dilectus, pro fratribus suis quoque maioribus id palam profiteri vult quod etiam ipsi inde ab exordiis christianismi in se marianum servant, tanquam iconem Mariae pro tempore nunc forsan absconditam (si ad verba Summi Pontificis in consecratione ad Cor immaculatum prolata alludere fas sit), quae tamen omnibus spem affert futurae conversionis errantium, ut inde pax desiderata, amor, gaudium omnibus exoriantur".

* * *

Relatio de nova societate mariali necnon de voto ab hac societate congressui exhibito

Hisce ultimis temporibus in Belgio nova societas marialis constituta est, cui ipsem notus theologus Ioseph Lebon preeest. Societas haec non poterat, ob varia rerum adiuncta, suam sectionem in congressu disponere. At, legatos ad congressum misit una cum voto peculiari quod occasionem poterat praebere gravioribus discussionibus. Quapropter R.P. Balić disposuit ut una cum relationibus de variis sectionibus etiam relatio de hac nova societate exhiberetur necnon votum a R. Dom. Ioseph Lebon in brevem formam redactum perlegeretur. Quod fecit

R. Dom. I. Havet, canonicus namurcensis et socius *Comitatus Dierum Sacerdotalium Mariarium*. - En eius relatio:

"Au cours des journées mariales de Namur, en 1943, le voeu fut formulé de voir créer, pour la partie d'expression française de la Belgique, un groupement semblable à celui des 'Mariale Dagen' de la région flamande. Après des retards dûs à diverses circonstances, ce voeu va être réalisé. A l'initiative de Son Excellence Monseigneur l'Evêque de Namur, Son Eminence le Cardinal-Archevêque de Malines et Leurs Excellences Monseigneur l'Evêque de Liège et Monseigneur l'Evêque de Tournai ont donné leur accord à la constitution du *Comité des Journées Sacerdotales Mariades*, et y ont nommé leurs délégués respectifs.

Ce comité présidé par Monseigneur J. Lebon, se compose de quatre membres: Monsieur le chanoine J. Thomas, docteur et maître en théologie, ancien professeur au Grand Séminaire de Tournai, doyen de Fleurus; Monsieur le chanoine J. Havet, docteur en théologie, professeur au Grand Séminaire de Namur; Monsieur l'abbé J. Giblet, docteur en théologie, professeur au Grand Séminaire de Malines; Monsieur l'abbé M. Kuppens, docteur en théologie, professeur au Grand Séminaire de Liège. Le secrétariat permanent des journées est établi à l'abbaye norbertine de Leffe (Dinant), et est dirigé par Monsieur le chanoine Reuviaux, religieux de cette abbaye.

Les réunions des journées se tiendront chaque année et seront consacrées alternativement à des études mariologiques d'ordre doctrinal et d'ordre pratique. On se propose d'y examiner et exposer systématiquement et successivement toutes les parties de la théologie mariale qui, sous l'impulsion des actes des derniers papes et par le fait des études récents, a pris un merveilleux développement à l'époque moderne. Les points de doctrine seront présentés dans des rapports élaborés par des théologiens de profession, et éclairés par de larges discussions et échanges de vues entre les participants. Dans les réunions d'ordre pratique, on demandera à l'expérience et au zèle des prêtres du ministère, les meilleurs moyens de tirer des vérités mises en lumière les richesses de vie spirituelle et de sanctification, dont la glorieuse Mère de Dieu et des hommes est la source, l'inspiratrice et le modèle.

Le programme est vaste, mais l'œuvre est belle et promet d'être féconde pour la gloire de Dieu, du Christ et de Marie, et pour le bien du peuple chrétien. Nul doute que tous les prêtres ne portent un intérêt sympathique à l'entreprise et ne veuillent concourir par leur collaboration et par leurs prières, à sa réalisation et à ses fruits.

Les journées sacerdotales mariales de 1951 seront de nature doctrinale; les lieu, date et programme détaillé de leurs réunions seront annoncés ultérieurement".

Votum deinde R. Dom. Joseph Lebon de nonnullis immutandis in textu officii et missae festi beatae Mariae virginis omnium gratiarum mediaticis, ipse R.-Dom. I. Havet perlegit, quod sequitur:

"Beatissimam virginem Mariam, utpote amantissimam et dilectissimam matrem, plurimum apud Christum, Dei et hominum mediatorem, sua piissima et potentissima intercessione ad obtainenda salutis auxilia valere, ideoque praे omnibus sanctis mediaticem ad mediatorem iure salutatam et salutandam esse, non est dubium. At Deiparae Virginis munus et partes in oeconomia reparationis et salutis

humano generi lapso procuranda latius patere ipsiusque Christi apud Deum mediationi plenius et perfectius coaptari, clarius in dies theologi percipiunt et communius atque firmius asserunt, praesertim ex quo Romani Pontifices Benedictus XIV et Pius XII materna Mariae iura in humanam divini Redemptoris vitam, salutaris sacrificii victimam, aliis vindicandae corredemptionis et commediationis causis ad numerare non dubitarunt: quo facto apparet matrem Redemptoris una cum Filio suo in ratione et proposito reparationis et salutis hominum includi atque comprehendendi. Haec enim salutaris oeconomiae ratio atque dispositio Dei sapientia et voluntate excogitata et statuta est, non ab ipso Christo-homine, qui se eam perficiendam accepisse confessus est, supremum eius actum et veluti culmen, scilicet passionem et mortem suam cruentam, vocando calicem et mandatum sibi a Patre datum (Ioan., 18, 11; 10, 18; 14, 31).

Iam vero penitiori et accuratori mariana mediationis intelligentiae apud theologos nunc praevalenti minus favere, immo viam paecludere, primo aspectu videntur nonnulli textus, prout in officio ac missa festi beatae virginis Mariae omnium gratiarum mediaticis leguntur, quatenus ad Christi voluntatem et institutionem piissimae et potentissimae mediaticis munus et dignitatem referunt: sic enim in oratione officii et collecta missae dicitur Dominum Iesum Christum beatissimam Virginem nostram apud se mediaticem constituere dignatum esse, itemque invitatorum ad matutinum officii Christum Redemptorem bona omnia nos habere voluisse per Mariam proclamat. Accedit quod in praedicto invitatorio, manifeste e sermone sancti Bernardi in nativitate beatae Mariae desumpto, mutatur sententia sancti Doctoris, qui, ut e contexta oratione patet, Virginis munus non Christi sed Dei consilio et sapientiae tribuit.

Quibus positis et perpensis, ad pleniorum mariana mediationis intelligentiam promovendam, dignetur, si placet, hic congressus marialis universalis reverenter exoptare suppliciterque petere, ut sequentes immutationes in textu officii et missae festi beatae virginis Mariae omnium gratiarum mediaticis concedantur et peragantur, scilicet ut 1^o invitatorium ad Deum dirigatur, dicendo, v. gr.: 'Deum omnipotentem, qui bona omnia nos habere voluit per Mariam: Venite adoremus (Alleluja); ut 2^o oratio seu collecta item mutetur dicaturque, v. gr.: 'Omnipotens semperne Deus, qui beatissimam virginem Mariam nostram cum Christo summo mediatore apud te mediaticem constituere dignatus es: concede propitius, ut quisquis ad te beneficia petiturus accesserit, cuncta se etiam per eam impetrasse laetetur. Per eundem Dominum' ".

C. - DIES SEXTA, 28 OCTOBRIS: SOLLEMNIS I CONGRESSUS MARIOLOGICI
INTERNATIONALIS CONCLUSIO

Cum occasione inaugurationis congressus aula magna Pont. Athenaei Lateranensis minime sufficiens apparuisset ut numerosissimos praesentes auditores caperet, conclusio congressus habita est in novissima aula magna Pont. Athenaei Antoniani "Maria Assunta" vocata.

Auditorium revera selectissimum et insimul numerosissimum ad aedes Pont. Athenaei Antoniani die 28 octobris paulo post horam quartam postmeridianam confluxit, ut desiderata praesentia sua sessionem hanc congressus huius mundialis cohonestaret. Neque mirum, si ne haec quidem amplissima aula sufficiens erat ut omnes auditores comode reciperet. Cardinales, patriarchae, archiepiscopi, episcopi, praelati ecclesiastici numerosissimi, legati nationum apud Petri Sedem, insimul cum superioribus et sociis ordinum religiosorum, sacerdotibus, professo-ribus et studentibus universitatum romanarum, aliisque viris doctis, ex omni tribu et lingua absque dubio et Ecclesiam et totum mundum catholicum hoc in sollemni actu repreaesentabant.

Ex cardinalibus Ecclesiae praesentes erant E.mi Dom.: Clemens Mica-
ra, S. Rituum Congr. praefectus; Benedictus Aloisi Masella, S. Congr.
pro disciplina Sacramentorum propraefectus; Iacobus Carolus McGuigan,
archiep. torontinus; et Theodosius Clemens De Gouveia, archiep. de
Lourenço Marques.

Eminentissimis Dom. cardinalibus adiungebantur Ex.mi Domini:
Franciscus Roberti, S. Congr. Concilii secretarius; Albertus Gori, pa-
triarcha hierosolymitanus latinorum; Alexander Vachon, archiep. otta-
viensis; Pacificus Iulius Vanni, archiep. synganensis; Carolus Baldini, ep.
clusinus et pientinus; Robertus Bernardinus Berríos Gainza, ep. S. Phi-
lippi in Chile; Adolphus Bolte, ep. aux. fuldensis; Antonius Ignatius
Camargo, ep. aux. calabocensis; Franciscus Benedictus Cialeo, ep. multan-
ensis; Armandus Fares, ep. catacensis; Fortunatus Farina, ep. fodian-
nus; Pius Feitas Silveira, ep. joinvillensis; Rodulphus Harscouët, ep. car-
nutensis; Aegidius Aloysius Lanzo, ep. Salutiarum; Theodosius Moreno,
ep. huanucensis; Patritius O' Neil, ep. limericensis; Ioseph Pace, ep.
gaudisiensis; Ioseph Pronti, ep. aquipendiensis; Innocentius Alfridus
Russo, ep. bovinensis; Ioseph Vieira Alvernaz, ep. coccinensis; Carolus
Albertus Ferrero di Cavallerleone, archiep. tit. trapezuntinus et Ordina-
rius militaris Italiae; Hildebrandus Antoniutti, archiep. tit. synnadiensis
in Phrygia, delegatus apostolicus in Canada; Aloysius Fogar, archiep. tit.
patrensis; Petrus Kedigian, archiep. tit. colonensis in Armenia; Eduardus

Tonna, archiep. tit. milesiensis; Georgius Béjot, ep. tit. cassandrensis et aux. bisuntinus; Franciscus Venantius Filippini, ep. tit. thiniensis in Numidia; Arcturus Landgraf, ep. tit. audocianensis et aux. bambergensis; Hyginus Nuti, ep. tit. pupianensis; Salvator Rotolo, ep. tit. nazianzenus, praefatus altamuranus; Leo Bonaventura Uriarte Bengoa, ep. tit. madurensis, vicarius apostolicus de Ucayali; Henricus Vion, ep. tit. gerarensis et aux. pictaviensis; Carolus Saboia Bandeira de Mello, ep. tit. girbensis, praefatus palmensis; Germanus Cozien, abbas primas solesmensis; Bernardus Kaelin, abbas primas S. Anselmi; Ioseph Damasus Laberge, praefectus apostolicus Sancti Iosephi de Amazones.

Syndicu[m] Urbis, Ill.mum Dom. Salvatorem Rebecchini, ad[un]dator Urbis, Ill.mus Dom. Hugo Angelilli represe[n]tabat; praefectu[m] vero Urbis, Ill.mum Dom. Mariu[m] Trinchero, Ill.mus Dom. Leonardus Donato, vicepraefectu[m] Urbis.

Ex.mi Dom. legati apud Sanctam Sedem nationes proprias represe[n]tantes aderant: Aloysius Subercaseaux Errázuriz (Chile), Carolus Emmanuel Larrea (Aequator), Ioachim Ruiz-Giménez Cortés (Hispania), Maximus Etchecopar (Argentina).

Actionis Catholicae Italicae prae[re]ses, Ill.mus Dom. Victorinus Veronese, actui sollemni dignatus est adesse.

Cathedram praesidentiae occuparunt E.mus Dom. Iacobus Carolus card. McGuigan, Ex.mus Dom. Alfridus Ottaviani, S. S. Congr. S. Officii ad-dessor, Ex.mus Dom. Franciscus Roberti, S. Congr. Concilii secretarius, Ex.mus Dom. Rodulphus Harscouët, ep. carnutensis et prae[re]ses comitatus nationalis gallici pro congressibus marianis, R.mus P. Pacificus M. Perrantoni, O.F.M., minister generalis, Ill.mus Dom. Victorinus Veronese, prae[re]ses Actionis Catholicae Italicae, et R. P. Carolus Balić, O.F.M., prae[re]ses Academiae Marianae Internationalis.

* * *

Coram hoc illustri auditorio R. P. Thomas Philippe, O.P., professor in collegio dominicano Saulchoir, ultimam relationem congressus tenuit: "Marie, divin remède aux erreurs de notre temps".

Initium loquendi sumens de erroribus et tentationibus messianismi athei et pessimismi infoecundi, quibus contemporanei nostri maxime afficiuntur, ad remedium salutare et conspectum mundi, quem vocant, dilatandum, causas et difficultates nostri temporis orator detexit. Asper-tus vero sub quo quaestiones istae sane gravissimae solvendae sunt spei christiana lumen supernaturale eligitur, qua apta panditur via ad re-medium efficax et supernaturale in theologia mariana inveniendum. Maria est enim in suis triumphis, quibus dignitas humana et materia

glorificata est, motivum spei nostraे, in quantum: 1) ut comprehensor vitae Christi tum physicae in sua maternitate divina, tum moralis in sua maternitate spirituali supernaturalem historiae sensum demonstrat; 2) spiritualitatem quam nostra aetas sane exigit, in immaculati Cordis praesertim cultu auget.

1. - *Sermo R. P. Caroli Balić*

Verbum deinde fecit R. P. Carolus Balić, O.F.M., Academiae Mariae Internationalis praeses, oratione quae inscribitur: "Animadversiones circa opus in congressu peractum ac proposita circa labores mariales in futurum peragendos". En eius verba:

"Eminentissimi Principes,
Excellentissimi Domini,
Reverendissimi et Reverendi Patres,
Ornatissimi auditores!

Cum fine operosae hebdomadae explicit feliciter pars programmatiс exponentis relationes doctrinales circa Mariam, quae quidem quam diligentissime absolutae sunt et in plenariis sessionibus et in variis sectionibus maxima oratorum peritia et ingenti auditorum plausu atque cursu. Relationibus igitur legitime sequuntur opportunae ampliae discussiones quae locum habebunt proxima hebdomada, diebus scilicet 30 ab hora 8 mane ad 8 vespere et 31 octobris a hora 9,30 usque ad 13.

Crastina autem in festo Christi Regis, filii Mariae, ex aulis ad basilicas confugiemus pietatis et religionis actibus operam daturi conventum generalem auctoritatum et fidelium agentes. In basilicis romanis Virgini Deiparae dedicatis conclamet sine timore vox populi; et vespere diei 31 octobris conclamet vox universi populi ex omni tribu, lingua et genere per vias comitantis imaginem Virginis, salutis Urbis et Orbis!

Quam accusavi difficultatem expressionis brevis cum in prima sessione congressus programma amplissimum suscepi illustrandum, eadem difficultate et quidem maiore nunc labore in recensenda fine relationum. Magna et complurima narrata sunt: laus Deo et Mariae! Neque mihi in animo est vel brevissime prosperam faustumque explicationem congressus in mentes vestras revocare: neque opportunum duco verba facere de eius felici exitu, de eius nota vere internationali, de animis ardenter excitatis, de relationibus diligenter docteque elaboratis, de auctoritatibus quae adfuere, de concursu auditorum magis magisque in dies crescente; haec omnia patent ex notitiis quas quotidie diffundunt commentarii rerum typis impressi: horum omnium de caetero testes oculares fuimus.

Munus facile breviterque perficiam praebendo summam animadversionum circa vota exhibita, circa labores in posterum peragendos et circa media et auxilia validiora ad opus propositum perficiendum.

* * *

Et primum de votis. Varia quidem proposita sunt et a sectionibus, et a societatibus marianis, et ab academiis: quae omnia ordinatim et diligenter sapientes theologi acuto examini submittent proxima feria secunda et tertia, aequa trutina scrutabunt; postea stabilitur quaenam vota congressus integer sua faciet et quaenam non congressus qua talis, verum singulae sectiones supremae auctoritati iudicanda proponent. Pars vero maior votorum erit quae iisdem feriis, seu 30 et 31 octobris, proponentur aptis relationibus ab episcopis, praesulibus, parochis, a moderatoribus Actionis Catholicae, a religiosis viris vel sororibus, a singulis utriusque sexus fidelibus circa media, auxilia efficacia et practica ad fovendam pietatem et devotionem erga Mariam apud operarios, iuvenes, puellas, infantulos, familias, integrum societatem; ad inveniendam et proponendam viam magis aptam ad reducendum genus hominum ad Christum per Mariam.

Cognoscimus quidem vota quae proposita sunt in sessionibus et alia quidem scientifico-mariologica, alia denique practica; peculiari nunc attentione digna vota stricte mariologica, ut inter alia ea quae proposita a sectione hispanica, a sectione sacramentina, ab Instituto Orientali, a Societate Mariologica Belgo-hollandica, a Clericis Regularibus Matris Dei, a Mercedariis, a Montfortanis; liceat mihi saltem quaedam in medium proferre ex conclusionibus et votis a congressu expressis.

I. - Conclusiones votaque scientificae indolis:

1º meritum B. Virginis est de condigno et non de congruo (proponente sectione hispanica).

2º B. Virgo non est mediatrix ad Mediatorem, sed ad Deum, itaque mutandum officium et missa sanctae Mariae mediatrix omnium gratiarum (proponunt theologi comitatus 'Journées sacerdotales mariales').

3º Ut postuletur definitio corredemptionis et mediationis omnium gratiarum (votum plurium sectionum). RR. PP. Bover, Gagnebet, Bonnefoy, Hupperts, delegati ut insimul rem de cooperatione B. Virginis in acquisitione et distributione gratiarum petractent, ad sequentem conclusionem pervenerunt:

'Cum personalia B. V. Mariae attributa praecipua, divina maternitas, perpetua virginitas, immaculata conceptio, corporalis assumptio, sint iam dogmatice definita, restat in fidelium votis, ut dogmatice quoque definiatur: B. V. Mariam Christo Servatori in operanda humana salute esse intime sociatam, ideoque veram existere in redempzionis opere cooperata.'

tricem, spiritualem hominum matrem, omnium gratiarum deprecaticem et administram, uno verbo, universalem Dei hominumque mediaticem'.

4º Ut sollemniter proclametur regalitas Mariae adiecta celebratione liturgica propria, et ut in litanii invocetur Maria 'Regina mundi' (votum quamplurium).

5º Ut in tractationibus dogmaticis studium instauretur de habitudine Mariae ad Eucharistiam, et in exponendo curriculo vitae beatae Virginis ratio habeatur de praesentia eiusdem in coena Domini; ut foveatur cultus erga Dominam Nostram Sanctissimi Sacramenti novis textibus in sacram liturgiam introductis (proponunt Presbyteri SS. Sacramenti).

6º Ut in omni natione societas mariologica constituant necnon bibliotheca mariana scientifica universalis, cuius aditus omnibus pateat (sectio gallica).

II. - Vota practicae indolis:

1º Ad perpetuam memoriam desideratissimae definitionis dogmatis de assumptione, sed et huius internationalis congressus, desideratur ut transmissiones radiophonicae ex Vaticano includant quotidie, vespere, hora magis opportuna, recitationem SS. Rosarii in linguis vernaculis (proponit sectio dominicana).

2º Pontificium Institutum Orientale proposuit ut tum precum materialium orientalium in genere tum liturgiarum de dormitione et assumptione in specie selecta florilegia in linguas occidentalium traducantur ad fovendum opus unionis sub praesidio Matris Dei et hominum. Sectio autem croata rogat ut in isto florilegio assumptionistico ex variis liturgiis et ritibus, oblivioni non detur ritus ecclesiae metropolitanae zagrebiensis, in quo ignoti, at magni momenti textus assumptionistici prostant.

3º Ut in animis instauretur plena fiducia et sincera integra consecratio filiorum in manibus Matris Mariae iuxta praxim quam inde a pluribus saeculis insinuat devotion Scapularis beatissimae Virginis de Monte Carmelo (votum sectionis carmelitanae).

4º Ut quam maxime diffundatur inter laicos studium mariologiae (proponente Ill. Dom. Carolo Cecchelli).

5º Ut consecratio immaculato Cordi B. Virginis quotannis renoveretur (votum plurimum).

* * *

At non possunt singulorum vota hic memorari: procul dubio minime sunt parvi pendenda, quin immo summopere mentes et corda capiunt; qua persuasione suffulti sollicita invitatione appellamus ad omnes qui sunt Romae theologi, sive in congressu partem habuerint sive non, ut die 30 octobris faveant adesse in aula magna Athenaei Antoniani, Via Merulana

124-B, ubi ab hora 8 mane usque ad horam 8 vespere discussiones variae ad rem nostram instaurabuntur; eodem tempore in aula hac ' Maria Assunta ' Ex.mi Dom.: Urbani et Budelacci; R.mi Patres: Perantoni, Lombardi, Vanti, Rotondi, Busuttil, Hupperts, Tenzi, Lisandrini, Triclot, Barabé, Morlion, Jamin, Faustino del S. Cuore; piae nobilesque Dominae: Tudisco et Desideri; R.ma Soror Missionaria de Maria, sermones habebunt quibus studia proponent ad quaerenda media efficaciter practica ad amandam, imitandam, amplius cognoscendam et honorandam sanctissimam Matrem Dei et nostram.

Quo efficacius et maiore plausu discussiones circa relationes, conclusiones et vota evadant, in desideriis erat, sicut ab initio congressu primum manifestavimus, ut singuli difficultates et obiectiones in scriptis proponerent, sicut et quidam iam laudabiliter fecerunt; iterum rogamus ut saltem crastina die ad Secretariatum congressus tradantur notulae exprimentes quidquid intendunt singuli obicere, corrigere, proponere, praesertim de sententia quae tenet meritum B. Virginis esse de condigno.

Omnis quidem optime iam noverint quibus scintillis micent aliqua vota vel conclusiones quae theologiae tangunt quaestiones valde disputandas vel respiciunt delicatas provincias cultus et liturgiae.

* * *

Iamvero ad res obscuras et intricatas illustrandas disputationes liberae, non spiritu contradictionis, sed studio veritatis peractae, optime inserviunt. Sicut enim ex collisione lapidum exsilit ignis — aiebat Cornelius a Lapide — sic ex confricatione ingeniorum per subtiles disputationes elicitor micatque veritas. Quapropter omnes fere sectiones in una eademque domo habendas disposuimus; existimabamus enim quod ex variis sectionibus congregabuntur theologi ad audiendam et ad trutinam revocandam hanc vel illam quaestionem a celebrioribus viris doctis, iuxta programma statutis diebus, horis et in determinata aula tractandam. Porro, nostrum propositum initio erat ut diebus 27 et 28 mane summatim conclusiones variarum sectionum palam ostenderentur et statim discussio inciperet. At, omnibus perpendendis perpensis, ad conclusionem pervenimus melius esse ut diffusius labor in sectionibus peractus describeretur, ut ita unusquisque posset enucleatim conclusiones et viam ac rationem adhibitam cognoscere et ita facilius et maturius obiectiones ponderare atque praeparare. Unde, prout diximus, ut viri docti ad varias nationes atque societates mariologicas pertinentes inter se communicare possint, adhuc integri tres dies liberi remanent, ita tamen dispositi ut diebus 30 et 31 publicae et communes disputationes locum habeant circa conclusiones et vota variarum sectionum, et imprimis circa conclusiones sectionis hispanicae. Et sic etiam

sub hoc aspectu noster congressus nullum desideratum nullamque lacunam relinquet.

* * *

Quod vero ad labores in futurum peragendos attinet, iam E. mus Dom. card. Pizzardo quae illustranda atque enucleanda remanent initio congressus enumeravit: unde ad viam rationemque qua huiusmodi opus sit peragendum animum attendamus oportet. Porro, congressus mariologicus internationalis imprimis ac praecipue sua facit quae Pius XII, feliciter regnans, in aestimatissimis litteris encyclicis *Humani generis* edixit, Deum nempe una cum fontibus revelationis Ecclesiae suae magisterium vivum dedisse 'ad ea quoque illustranda et enucleanda, quae in fidei deposito nonnisi obscurae ac veluti implicite continentur. Quod quidem depositum — prosequitur Vicarius Christi — nec singulis christifidelibus nec ipsis theologis divinus Redemptor concredidit authenticē interpretandum, sed soli Ecclesiae magisterio'.

Iamvero, quod Pius XII, Pontifex assumptionis, theologos docet non quid novum constituit, sed traditionalem confirmat methodum, in sanctorum Patrum theologorumque doctrina fundatam, atque decursu saeculorum omnium consensu praedicatam atque receptam.

Nonne iam S. Augustinus explicite dixerat Ecclesiam normam nostrae fidei esse? 'Consulat regulam fidei — dicit — quam de Scripturarum planioribus locis et Ecclesiae auctoritate percepit'. Nonne eiusdem S. Doctoris sunt notissima illa verba: 'Ego vero Evangelio non crederem nisi me catholicae Ecclesiae commoveret auctoritas'?

Nonne demum iam saec. V illud millies a theologis repetitum axioma formulatum fuit: 'ut legem credendi lex statuat supplicandi'?

Mens itaque ac sensus Ecclesiae debet theologo cuilibet, at potissimum mariano, praelucere in difficultatibus solvendis, in fontibus obscuris revelationis interpretandis. Hoc eo vel magis quia historia progressionis veritatis assumptionis, quae die prima novembris, ad coronam nostri congressus, definietur, illam methodum theologicam confirmabit, quae pro quibusdam veritatibus marianis, de quibus neque in Scriptura neque in sacra traditione primaeva adsunt explicita testimonia, et in quibus cerni videtur aliqua contradictio inter pietatem divinamque auctoritatem et humanam rationem, ita ut solida argumentatione theologica nondum dirimi queant, inclinat ad amplectendam sententiam illam quae et aliquo saltem fundamento probabili nititur et pium simul universitatis fidelium sensum fovet, qui Mariae quidquid excellentius est attribuendum existimat, quoties id neque auctoritati Scripturae repugnat neque Ecclesiae sententiae adversatur, immo ipsum Deum eiusque attributa decet.

Si enim talis sententia, in principio decentiae fundata, postea fuerit cultu liturgico sollemniter comprobata, theologorum ingenio illustrata, et ab infallibili Ecclesia universaliter tanquam a Deo revelata retenta fuerit, certe istiusmodi sententia in deposito fidei contineri debet.

Cum autem, ut ait Vaticanum concilium, fidei doctrina quam Deus revelavit, veluti philosophicum inventum non proposita sit humanis ingenii perficienda; cum deinde Ecclesiae Spiritus Sanctus promissus sit, non 'ut eo revelante novam doctrinam patefaceret, sed ut eo assistente traditam per apostolos revelationem seu fidei depositum sancte custodiret et fideliter exponeret'; cum denique revelatio, obiectum fidei catholicae constituens, sit cum apostolis completa, de iis omnibus quae ab 'Ecclesia sollemni iudicio, sive ordinario et universali magisterio tanquam divinitus revelata credenda proponuntur', theologi quaerant necesse est ubinam, quomodo et quando sint revelata. Quapropter sapienter Pius XII in *Humani generis* scribit, quod theologorum 'est indicare qua ratione ea quae a vivo magisterio docentur, in sacris Litteris et in divina traditione sive explicite sive implicite inveniantur', dummodo tamen oblivioni haud tradant quod sunt explicanda illa obscura testimonia implicita Scripturae sacrae traditionisque ad lucem illius phari perfulgidi qui sacrosancta Ecclesia Dei est: sublime hoc ens naturale et supernaturale, quod firmamentum est et columna veritatis.

Congressus mariologicus internationalis, sollemni hac occasione, vult hanc suam fidem profiteri, illos modernos errores illasque exaggeratas vias hypercriticismi in *Humanis generis* enucleatas penitus reiciens.

* * *

Porro, praeter sanam methodum theologicam, duce experientia quam ex dogmatica immaculatae conceptionis definitione necnon assumptionis beatissimae Virginis doctrina deprompsimus, alia quoque ad futuros labores peragendos necessaria videntur.

In programmate nostri congressus, quod prodiit in *Antonianum* mense maio-iunio, haec scripsimus: 'In animo congressui est ut procedatur ad requirenda et proponenda media atque auxilia quae possunt melius tribuere in posterum ad scientiam et pietatem erga Mariam non solum integre servandas sed magis magisque augendas. Quapropter inibi sermo erit de instituendo comitatu qui praesit congressibus marialibus internationalibus statutis temporibus habendis, prout factum est evidenter cum exitu pro congressibus internationalibus eucharisticis, et de programmate proponendo in congressu mariano internationali qui anno 1954 primo recurrente saeculo a promulgato dogmate de immaculata conceptione celebrabitur'.

Iamvero, comitatum praelaudatum quod spectat, varia vota data sunt, inter quae illud Ex.mi Dom. Harscouët commemoramus, proponentis ut ratione habita Academiae Mariana Internationalis et aliarum variarum societatum mariologicarum nationalium, in ipsa Urbe formetur 'Comitatus internationalis marianus permanens' pro congressibus marianis instaurandis et fovendis. Quae vota tum quoad 'Comitatum internationalem marianum permanentem', tum quoad congressum mariologico-marianum in Urbe anno 1954 celebrandum, Academia Mariana Internationalis Sanctae Sedis verissimo iudicio humiliter committet.

* * *

Sed et ad aliam maximi momenti velim animos vestros manifestationem excitare: ad eloquentissimam nempe et ordinatam expositionem documentorum quibus petitiones continentur quae ab universo orbe ad Apostolicam Sedem missae sunt ad urgendam, sollicitandam desideratissimam definitionem dogmaticam de assumpta quae a saeculis indesinenter in omnium fidelium votis ardentissimis erat.

Instaurabitur, sublata hac sollemnissima conclusione, expositio documentorum in aula proxima, itaque quam evidentissime manifestabitur oculis intuentium consensus ille universalis totius Ecclesiae docentis et discentis, quae sicut expers est erroris in docendo ita et in credendo.

Quis ad rem non percellitur amoris ictu et maximis grati animi sensibus erga Summum Pontificem, Pium XII, magnum marianum papam, Pontificem uno ore conclamatum merito papam de assumptione, qui sua benevolentia dignatus est concedere ut documenta petitionum ex aedibus Sancti Officii eruerentur et apud nos aperte exponerentur? Liceat mihi omnium minimo hic in sollemni et celebratissima sessione nomine omnium, et congressus internationalis imprimis, debitas maximas gratias cum filiorum indeficienti obsequio et plausu incessanti exprimere!

Grati animi sensus item liceat pandere Ex.mo Dom. Alfrido Ottaviani, Supremae Sancti Officii Congregationis dignissimo adsessori, qui sicut in proposito sic et in ratione disponendi expositionem necnon et in congressu instaurando et prosequendo paterno animo semper nobis praesto fuit. Neque silentio praeterire possumus optime meritum R.mum P. Guilielmu[m] Henrich qui hesterna die qua de re scientia gaudet verba fecit, quippe qui tanquam procurator, ut ita dicam, magisterii Ecclesiae documenta petitionum collegit, custodivit, in ordinem mirum redegit nobisque tradidit exponenda!

Sed laus et gratiarum actio sine fine et sine intermissione dicatur oportet una voce Deo Patri Omnipotenti, Patri misericordiarum, Deo totius consolationis, qui nos feliciter ad finem operosae hebdomadae manudu-

xit; filiorum amor et gratitudo beatae in caelum assumptae Matri, quae nostros risu et favore animos quotidie suscitavit; singulis E.mis Dom. cardinalibus, Ex.mis Dom. patriarchis, archiepiscopis, episcopis, praesulibus, nationum, universitatum, societatum legatis, auctoritatibus et Urbis et Italici Gubernii, qui sua praesentia sessiones honestare dignati sunt item ex corde devotam et sinceram gratiarum dicimus actionem. Omnia nomine saluto denique E.mum Dom. Iacobum Carolum card. McGuigan, qui mox mentes et corda nostra recreabit diserto et doctrinali verbo".

2. - *Sermo conclusivus E.mi Dom. Iacobi Caroli card. McGuigan*

Acroasibus congressus mariologici internationalis dignum positurus finem, E.mus Dom. Iacobus Carolus card. McGuigan, archiep. torontinus, theologis e toto orbe coadunatis valedixit verbis, quae liceat referre:

"Avec la modestie qui convient, qu'il me soit permis d'évoquer un souvenir. En 1946, je prenais possession de mon église titulaire, Santa Maria del Popolo. Mû par l'amour que je porte à Marie, sans savoir qu'il y eut quelque mouvement immédiat en ce sens je formulai dans mon discours l'ardent espoir qu'il serait donné au pape Pie XII, glorieusement régnant, de proclamer le dogme de l'assomption. Aussi quelle ne fut pas ma surprise quand, après la cérémonie je reçus la visite des RR. PP. Charles Balić, O.F.M., et Guillaume Henrich, S.I., venus sans tarder m'exprimer la joie et la reconnaissance qu'une telle déclaration publique leur avait inspirées.

Aujourd'hui ces espoirs sont comblés, et la joie spirituelle fait tres-saillir tous les coeurs. Si nous vibrons d'allégresse, c'est que depuis cinq jours les imposantes sessions d'un congrès vraiment international ont créé dans Rome une atmosphère mariale dont la pénétration se fait de plus en plus conquérante. Nous devons donc des remerciements sincères aux théologiens compétents, accourus de toutes les parties du monde pour chanter les grandeurs de Marie, avec une variété de langues non moins impressionnante que l'harmonie des sentiments. Nous devons aussi de très chaleureuses félicitations au T.R.P. Charles Balić, O.F.M. La tenue de six congrès marials en Italie, en Espagne, au Portugal, au Canada, dans l'Amerique du Sud et en France l'ont providentiellement conduit à l'indiscutable succès du I congrès mariologique international.

Les travaux prennent fin ce soir pour faire place aux démonstrations pieuses du VIII congrès marial international. Résumés de la doctrine, les voeux à la fois pratiques et fervents ouvrent à nos âmes un domaine illimité de vie mariale. La science selon Dieu doit aboutir à l'amour; et c'est très justement que dans le discours d'ouverture, S. Em. le cardinal



62. - Auctoritates in sollempni congressus mariologici conclusione, die 28 octobris, praesentes. Inde a dextra: R.mus P. Pacificus M. Perantoni, Ex.mus Dom. Franciscus Roberti, E.mus Dom. Iacobus Carolus card. McGuigan, Ex.mus Dom. Alfridus Ottaviani, Ex.mus Dom. Rodulphus Harscouët et R. P. Carolus Balić



63. - Die 28 octobris: conclusio congressus mariologici: auctoritates ecclesiasticae et civiles. In primo ordine inde a dextra: Ex.mus Dom. Ioachim Ruiz-Giménez Cortés, Hispaniae legatus; Ex.mus Dom. Maximus Etchecopar, Argentinae legatus

64. - Conclusio congressus: E.mi Domini cardinales (inde a sinistra): Benedictus Aloisi Mabella, Clemens Micara, Theodosius Clemens De Gouveia, insimul cum parte episcoporum







66. - Conclusio congressus: pars auditorum



67. - Conclusio congressus: auctoritates ecclesiasticae et civiles. Inde a sinistra: Ex.mus Dom. Aloysius Subercaseaux Errázuriz, legatus Reipublicae chilenae; Ex.mus Dom. Carolus Emmanuel Larrea, Aequatoris legatus



68. - R. P. Thomas Philippe, O. P., suam dissertationem
in congressus mariologici conclusione legit



69. - E.mus Dom. Iacobus Carolus card. McGuigan
congressui mariologico finem imponit

Pizzardo déclarait que les journées mariologiques qui se terminent ce soir doivent marquer un point de départ.

Pour prolonger dignement ces inoubliables assises, les congressistes doivent s'efforcer d'élever à Marie un monument qui en perpétue le souvenir et en garantisse les fruits de sainteté. L'Academia Mariana Internationalis s'engage à former dans la ville de Rome une bibliothèque mariale, un musée marial, et à publier plusieurs collections d'ouvrages scientifiques. Dès ce soir le Rév.me Père Général des Frères-Mineurs dédie à l'assomption cette splendide aula maxima de l'Athénée Pontifical, placé sous le prodigieux patronage de saint Antoine de Padoue, glorieux défenseur de l'assomption de Marie. Tout cela mérite notre juste admiration. Mais tous ces efforts ne répondront aux besoins urgents de la saint Eglise que dans la mesure où ils rendront mariale l'âme du peuple. Le coeur marial du peuple chrétien, voilà le mouvement plus solide que le bronze, aere perennius, que l'Eglise attend de nos travaux.

Ce qui aujourd'hui retient particulièrement l'attention de Pie XII, ce sont les masses populaires du monde entier, fortement tentées de se laisser séduire et entraîner loin du Christ par des idéals trompeurs et mensongers. Pour garder le peuple au Christ, rien de plus efficace que la véritable dévotion marial.

Tel est l'enseignement irrécusable de l'histoire et de la logique divine. Aussi voudrais-je souligner fermement le voeu que soit publiée aussitôt une mariologie populaire. Je veux dire: une mariologie simple, claire et attrayante; profondément théologique, sans distinctions spéculatives, adaptée à la capacité et aux besoins de toutes les classes de la société, en toutes les langues du monde.

Ce sont de telles considérations qui ont suggéré à l'épiscopat du Canada la croisade du rosaire d'un océan à l'autre, 'a mari usque ad mare'. Pour conserver au Christ le peuple canadien, marial depuis ses origines, des milliers de propagandistes invitent actuellement les fidèles à s'engager par écrit à la récitation quotidienne du chapelet en famille. Avec la ferveur des premiers chrétiens, ces apôtres vont de maison en maison pour recueillir la promesse et en assurer le fidèle accomplissement.

Au terme de ce bienfaisant congrès, nos pensées se tournent spontanément vers le geste sublime qui couronnera l'année sainte. C'est le plus grand événement de l'histoire de l'Eglise depuis le concile du Vatican. En effet la définition du dogme de l'assomption sertit dans la couronne de Marie son plus brillant joyau. En contemplant les foules qui affluent dans la Ville Eternelle: cardinaux et évêques, prêtres et laïques, venant de l'Australie et des îles de l'Océanie, de la Chine, des Indes et du Japon, de l'Amérique du Nord et du Sud, des églises historiques de l'Orient

comme des pays libres de l'Europe, les paroles inspirées se pressent sur nos lèvres: 'Surge, illuminare, Ierusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebrae operient terram, et caligo populos; super te autem orietur Dominus et gloria eius in te videbitur... Leva in circuitu oculos tuos et vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi; filii tui de longe venient, et filiae tuae de latere surgent' (Is., 60, 1-4).

Lève-toi, ô reine de l'assomption! De ta voix doucement émue, parle aux chefs du monde qui ne te connaissent pas, parle aux peuples qui languissent dans les ténèbres de l'infidélité, parle aux millions d'hommes de ce pays malheureux où tes icônes sont encore vénérées en secret. Amène-les tous à la lumière de ta vérité et à la ferveur de ton amour. Comme le soleil dans sa plénitude, brille sur nous, ô étoile du matin, ô havre de la paix, jusqu'à ce que, renouvelé et rené à la vie de la grâce, le monde devienne une immense fraternité guidée par la loi du Christ, ton divin Fils. Que ton doux regard, ton gracieux sourire, ton front majestueux irradient des influences sans nombre, non pour confondre et écraser, mais plutôt pour convaincre et gagner les ennemis du Christ, rédempteur non seulement d'une nation mais de toutes les nations du monde.

Que la grâce de ces solennités, porteuses d'une si grande joie, inaugure une ère de justice sociale et de paix mondiale, à la fois vraie, sereine et durable! Que notre glorieux souverain Pontife, cher au monde entier par tant de titres, passe à l'histoire comme le pape de l'assomption tout autant que le pape de la paix universelle. Fidèle à sa devise 'Opus iustitiae pax', c'est par Marie qu'il nous offre la paix de Jésus. Adveniat per Mariam pax Christi quae superat omnem sensum!".

* * *

Plausu ingentissimo, quo verba oratoris excepta fuere, sedato, auctoritates et multi alii ad aulam expositionis petitionum pro assumptione definienda delatarum transierunt, ut expositionem inaugurarent.

NOTA. — In hac congressus sessione telegramma Pii papae XII lectum est, quod iam die 24 transmissum erat tanquam benevolentissima responsio ad nuntium ab ipso congressu eidem Summo Pontifici iampridem missum.

Plura alia nuntia et adhaesiones ex omnibus ferme partibus ac coetibus ad congressum pervenerunt, quae tamen minime lecta sunt, prouti mos est in congressibus, cum adhesio quam maxime eloquens fuerit ipsa delegatorum ex omnibus prope nationibus et institutis sive religiosis sive scientificis praesentia in congressu. Eadem ex ratione inutile ducimus hic memorare huiusmodi adhaesiones.

Mentione tamen peculiari digna est adhesio Archiconfraternitatis Immaculatae Conceptionis, sedem habentis Matriti apud ecclesiam S. Francisci Magni, quippe quae nomine 100.000 sociorum in forma pulcherrimi fasciculi, historiam eiusdem Archiconfraternitatis enarrantis, exhibita est congressui. Hunc porro fasciculum in sessione plenaria praesentavit dignissimus Archiconfraternitatis praefectus, R.mus P. Ioannes De Legíssima, O.F.M.

D. - DISPUTATIONES IN CONGRESSU HABITAE

"Legere, disputare, praedicare": hoc pernotum scholasticum programma in congressu mariologico-mariano tali via ac ratione effectum est, quo nihil aptius praestantiusque desiderari posset. Diebus 23-28 in singulis sectionibus particulares quoque disputationes lectionibus successerunt; disceptationes porro generales sollemnissimae habitae sunt quae praeclaros dies aureae scholasticae aetatis, quando doctores quaestiones varias libere palamque disputabant, in memoriam revocabant. Etenim, lectionibus congressus mariologicus absolutis, postquam in ipso met die festo Christi Regis in basilicis romanis oratores laudes beatae Virginis praecinere cooperunt, illas diebus 30 et 31 ardentiore cum fer "Maria Assunta" die 30 octobris apostolatui operam navantes examini subiciebant quaestiones ad ipsum cultum marianum practice promovenendum spectantes, eadem die 30 in altera aula magna eiusdem Pont. Athenaei Antoniani theologi 32 sectionum congressus mariologicus coadunati inveniebantur, ut de conclusionibus et votis, quae diebus 27 et 28 in aula magna Pont. Athenaei Lateranensis audierant, mutuo certamine et more scientifico disputationarent, antequam certe et definite illa proponerent.

Quae disputationes, die 30 octobris, hora 8,30 coepit usque ad horam 12,30 et dein ab hora 15 ad 17 eiusdem diei, et ab hora 9,30 usque ad 12 diei sequentis perductae sunt. Sessionibus in universum praefuit R.P. Carolus Balić, O.F.M., qui secum ad mensam praesidii nonnullos assumpsit ex viris doctis, ut R.P. Narcissum García Garcés, C.M.F.; R. Dom. Georgium Jouassard; R.P. Ioseph Bover, S.I.; R.P. Michaëlem Browne, O.P.; R.P. Hugonem Lang, O.S.B.; R. Dom. Gerardum Phillips. Parvo vero intervallo, quo R.P. Balić ipsomet die 30 mane, congressum marianum in aula "Maria Assunta" Athenaei Antoniani instauraverat, celeberrimum oratorem R.P. Richardum Lombardi, S.I., in aula refertissima praesentando, disputationi praefuit R.P. Narcissus García Garcés. Secretarii addicti sunt R.P. Aegidius Magrini, O.F.M., et R.P. Constantinus Koser, O.F.M.

I. - *De sollempni disputatione mane diei 30 habitæ*

Trium sessionum, quibus sollemnes et longiores disputationes publicae absolutae sunt, omnium quidem admodum sollemnissimæ, tum pro theologorum concursu tum pro themate disputationi subiecto, prima evasit illa quae die 30 octobris, mane, locum habuit. Iam ante horam octavam aulam disputationibus paratam consecuti erant praeclari Pont. Athenaei Angelici professores, videlicet R.R.P.P. Michaël Browne, O.P., Reginaldus

Garrigou-Lagrange, O.P., Reginaldus Gagnebet, O.P., quos alii statim secuti sunt, ita ut mox aula magna Pont. Athenaei Antoniani refertissima apparuit atque impar fere ad omnes accipiendos. Cum consilium promotorum congressus fuissest disputationes instituere inter viros doctissimos solummodo, omnibus praesertim studentibus exclusis, haec aula delecta est potius quam amplior in Pont. Athenaeo Lateranensi. Huic disputationi interfuerunt, e contra, plusquam centum viri docti ex variis nationibus, regionibus et sectionibus, quamplures etiam sacerdotes seniores ac iuniores, inter quos nonnulli studentes, audientium munus tantummodo obeentes.

Sessionem hanc sollemnissimam R.P. Carolus Balić, O.F.M., instauravit quasdam ex disputationibus medii aevi in mentem revocando, ut earum natura et notae characteristicae omnibus manifeste paterent, potissimum vero brevitas ex parte tum obcientis tum respondentis, quae in his quoque disputationibus servanda videbantur, eo vel magis quia quam plurimae quaestiones ad trutinam revocandae erant.

Omnibus annuentibus imprimis disceptatum est: *De merito B. M. Virginis in acquisitione gratiarum una cum Christo redemptore, utrum nempe eius meritum fuerit de condigno vel de congruo tantum.* Prouti ex relatione sectionum die 27 mane data (cf. supra p. 159-164) patet, conclusio unanimis sectionis hispanicae fuerat: quod beata Virgo reapse nobis gratias meruissest de condigno, quodque huiusmodi thesis inter conclusiones congressus susciperetur.

R.P. Marcellianus Llamera, O.P., qui die 27 dederat relationem atque votum hoc proposuerat nomine totius sectionis hispanicae, munus suscepit huius thesis rursus paucis exponendae atque publica disputatione defendendae. Porro, laudatus theologus hispanicus sententiam unanimem sectionis suaē, via ac ratione supra allata, exhibuit, quae paucis verbis tali modo perstringitur: "Beata virgo Maria, sua cum Christo cooperatione ad redemptionem, gratiam totius generis humani de condigno ex condignitate meruit, non tantum de congruo". Animadvertisit hanc thesim communem esse, licet non uno modo ab omnibus probetur. Unus itaque est consensus, quamvis diversa exstant argumenta. Ex quibus vero relator haec adduxit:

"*Primum:* Ex cooperatione dependenti et analoga cum Christo. Illum scilicet in modum, quo B. V. Maria est mater Dei propter unionem hypostaticam Christi, item propter capitalitatem Christi Maria spiritualis hominum mater evadit. Et ideo maternitas divina et spiritualis se habent ad Mariam eiusdemque missionem salvificam, sicut se habent unio hypostatica et capitalitas ad Christum ac missionem eius salutarem. Sicut igitur Christus, virtute capitalitatis seu gratiae capit is, pro universo genere humano meruit de condigno (et quidem absolute propter infinitam dignitatem personae): ita Maria, virtute maternitatis spiritualis, seu gra-

tieae suae maternalis, pro omnibus hominibus gratiam meruit de condigno; non tamen absolute (quatenus eius persona sit finita), sed ex condignitate.

Secundum: Quia in merito maternali Mariae triplex invenitur conditio ad condignitatem meriti exigita, videlicet: *a)* gratia perfectissima et sufficientissima, propter plenitudinem ab utraque eius maternitate postulata; *b)* moralis repraesentatio totius generis humani, cum sit meritum mulieris seu matris omnium viventium, quo fit ut in gratia eius maternali gratia omnium virtualiter includatur. Caeterum, haec repraesentatio, munere novae Evae et universalis mediatricis, plane constat; *c)* ordinatio divina intrinseca gratiae plenae seu maternalis ipsius ad acquisitionem gratiae salutaris omnium prout vita matris ordinatur ad vitam filiorum. Haec autem ordinatio intrinseca divina dicitur, quoniam a Deo maternalem missionem et maternalem gratiam accepit.

Tertium: Exinde argumentum exsurgit negativum, ex incohaerentia nempe inter maternitatem spiritualem Mariae et meritum corredeemptivum de congruo. Sicut enim meritum de condigno ex sufficientia, repraesentatione, ordinatione gratiae maternalis Mariae ad gratiam filiorum procedit, meritum de congruo, sufficientia et repraesentatione atque ordinatione gratiae Virginis deficientibus, in gratiam nostram fundaretur. Quod si gratia Mariae non est sufficiens ad gratiam hominum neque eam virtualiter precontinet nec ad illam ordinatur, mater gratiae seu mater spiritualis hominum non vere et stricte dicitur.

Confirmatio et corollarium: Meritum corredeemptivum Mariae recte definitur condignum maternale; nam definitione ista et propria eius natura exprimitur atque a merito Christi simulque a merito fidelium optime discernitur. Qua maternale, est condignum; qua condignum maternale, differt a merito condigno capitali Christi et a merito congruo christianorum. Cum igitur meritum sit vel individuale vel sociale, ita meritum sociale dividendum existimamus: in meritum condignum capitale (Christi), in meritum condignum maternale (Mariae), in meritum condignum filiale (christifidelium).

Confirmatio negativa: Defensores meriti corredeemptivi de congruo nec beatam Virginem nec meritum recte concipiunt. Non Virginem, quia illam in corpore Christi mystico non ut matrem Capitis et membrorum concipiunt, sed ut simplex membrum, licet principale, quo fit ut gratiam eius habitualem ad personale meritum de condigno ordinatam agnoscant, ad meritum vero universale seu hominum, tantum de congruo. Non meritum condignum, quoniam illud tantum absolutum intelligunt, dum revera datur meritum vere de condigno ex condignitate, illud videlicet in quo adest aequalitas inter opus meritorium et praemium, licet persona merens sit inaequalis personae praemianti. Et huiusmodi est meritum corredeemptivum Virginis Matris”.

Ut patet, et prouti iam die 27 in aula Lateranensis Athenaei R.P. Balić dixerat, agitur de problemate iam saeculo XVII et potissimum XVIII a theologis hispanis proposito et a Carolo Del Moral asseveranter vindicato, sed nostris praesertim diebus ad trutinam revocato a R. Dom. Ioseph Lebon, cuius thesis in congressu cracoviensi anno 1937 propugnata et impugnata est.

Contra huius generis thesim primum locutus est R.P. Henricus M. Koester, S.A.C., (Pallottini), professor in studio theol. S.A.C., qui eodem Anno Sancto publici iuris fecerat opus inscriptum: *Unus Mediator. Gedanken zur marianischen Frage.* R.P. Koester sententiam quae tenet B. V. Mariam nobis meruisse de condigno impugnat negando cooperationem immediatam, qua talem, B. Virginis ad opus salutiferum Christi, qui est unicus mediator et redemptor. Rationem sui argumenti ponit in dependentia ipsius B. Virginis ab opere Christi redemptivo. Non potest enim virgo Maria cooperari ad opus a quo et ipsa pendet.

Arguenti vero R.P. Llamera, nempe B. Virginem dependere a solo Christo, alios omnes a Christo et Maria, ut parallelismus qui intercedit inter Mariam et Eram insinuat et in quo sufficienter universalis maternitas Virginis praedicatur, R.P. Koester respondet parallelismo isti satisfieri B. Virginis cooperationem remotam, mediata profitendo, id est per conceptionem activam seu per maternitatem divinam.

R.P. Llamera, ampliore interpretatione parallelismi adhuc retenta, notat illiusmodi obiectionem exsulare a proposita quaestione de merito: unde rogat, ut ad istam quaestionem directe examini subiciendam gressus fiat.

R.P. Balić vero animadvertisit magnam saltem partem theologorum admittere cooperationem immediatam B. Virginis in opere obiectivo redempcionis atque hac de re multas disceptationes pro et contra hisce ultimis annis exstisset, ideoque enixe rogat ut quaestio de cooperatione mediata vel immediata in praesens praetergrediatur et locus detur examini quaestoris a Societate Mariologica Hispanica propositae, quae maiorem novitatem et difficultatem sapit. Non omnes huic praesidis desiderio acquiescunt et nonnulli petunt ut quaestio de cooperatione immediata imprimis ad trutinam revocetur. Horum desiderio assentiens praeses sinit ut verbum suscipiant R. Dom. Henricus Davis, anglus, qui duos ante dies animadversiones quasdam hac de re scripserat, et R.P. Ioseph Bover, S.I., cui hae animadversiones transmissae fuerant ut eisdem brevem adaequatamque responsionem daret.

R. Dom. Henricus Fr. Davis legit animadversiones suas circa doctrinam quae tenet Mariam partem habuisse in redemptione obiectiva:

"Quandoque distinctio notionum melius videtur in una lingua quam in alia. In lingua anglica duo existunt verba ad exprimendum id quod lingua latina exprimitur per verbum 'redemption'. Haec verba sunt 'atonement' et 'redemption'. 'Atonement' est verbum theocentricum, quia significat 'at-one-ment', scil. id quod facit Deum et homines unum, 'that which makes God and men to be at one with each other'. Subintelligitur semper in usu huius verbi quod haec 'atonement' fit per actum iustitiae Deo oblatum reconciliantem homines Deo. Nunquam adhibetur hoc verbum 'atonement' nisi in hoc sensu theologicō. 'Redemption'

est verbum magis anthropocentricum et magis generale, quia significat quod aliquis aliquid facit (praesertim pretium solvit) ad homines a statu servitutis solvendos. Deus in sacra Scriptura redemit iudeos ab Aegypto, id est salvat iudeos a servitute Aegypti. Deus autem, qua Deus, nullo modo posset 'atone'. 'God, as God, cannot atone for the sins of men, though he can redeem men for their sins'. Homo etiam, qua homo, nullo modo potest 'atone'. Posset autem aliquo modo (nonnulli metaphorice dicent) redimere, quatenus potest partem habere in hominum salvatione, etiam per solutionem pretii. Solus qui potest 'atone' est aliquis simul Deus et homo, constitutus caput omnium hominum. Omnis anglus, sive catholicus sive acatholicus, abhorret a dicto: 'Mary had part in the atonement'. Maria enim non facit actum iustitiae in nomine omnium hominum, sufficientem ad uniendum — reconciliandum — homines Deo. Posset autem romanus catholicus anglus faciliter dicere: 'Mary had part in our redemption'. Maria enim suo modo pretium aliquod solvit ad homines salvandos. Videtur quod 'atonement' significat 'objective redemption'; et 'redemption' significat praesertim et sensu strictiore 'subjective redemption'. Certum est quod 'atonement' nullo modo posset 'subjective redemption' significare. Si theologi catholici concludunt Mariam habuisse partem in redemptione obiectiva, angli debebunt facere triplicem distinctionem, scil.: a) 'atonement'; b) 'objective redemption'; c) 'subjective redemption'. Primum facit solus Christus. Secundum faciunt Christus et Maria. Tertium faciunt Christus et Maria et caeteri christiani, et etiam Deus qua Deus, unusquisque suo modo. Nonne melius est evitare multiplicationem distinctionum subtilium et agnoscere identitatem inter redemptionem obiectivam et 'atonement' seu actum iustitiae in nomine totius generis humani unientem Deum et homines?

Haec obiectio contra doctrinam dicentem Mariam partem habuisse in redemptione obiectiva fundatur in existentia alicuius distinctionis quam nemo anglus ullo pacto posset negare inter 'atonement' et 'redemption'. Possumus dicere 'the atonement', sed non 'our atonement', quia 'atonement' est aliquid respiciens Deum magis quam homines. Est restauratio ordinis inter peccatorem et Deum per actum iustitiae et satisfactionis et amoris ex parte peccatorum. Possumus tamen dicere 'our redemption' vel 'the redemption', quia hoc verbum latius est et generalius sua significatione. Insisto quod existit quidam sensus subinclusus in termino latino 'redemptio' qui traduci debet per verbum anglicum 'atonement'; et magis evitatur confusio terminorum, si iste sensus identificatur cum redemptione obiectiva. Quo in casu concludendum Mariam nullam partem habuisse in redemptione obiectiva. Haec distinctio magis fundamentalis est quam distinctio inter acquisitionem et distributionem gratiarum. Reconciliatio cum Deo ('atonement') necessaria est logice antequam nos possimus gratiam acquirere ('anterioritate logica').

Addo aliquam considerationem theologicam: qui arguunt in favorem thesis, secundum quam Maria habuit partem in redemptione obiectiva, saepe citant S. Irenaeum, qui arguit ex analogia inter primam et secundam Eevam. Tamen certum est omnino S. Irenaeum non intellexisse hanc analogiam inter primam et secundam Eevam esse perfectam. Prima Eva non tantum fuit occasio, nec tantum con-

ditio sine qua non peccati Adae, sed fuit moralis causa Adamum ad peccatum inducens. Unde dicitur quandoque origo peccati. Consensus Mariae utique fuit conditio sine qua non (in quantum ex revelatione docemur) incarnationis. Sed Maria non fuit causa moralis actus quo Christus meruit vel satisfecit pro nobis. Maria non induxit, non persuasit Christo ut moreretur pro nobis. Quod manet verum, etiam si aliquis dicit, ut ego etiam dico, consensum Mariae probabiliter necessarium fuisse etiam ad passionem. Etiam in hac suppositione semper est verum quod Maria non fuit causa moralis passionis, sicut Eva fuit causa moralis peccati Adae. Quando dico Eam fuisse causam moralem peccati Adae, intendo dicere eam fuisse moraliter responsabilem, sicut etiam Adam fuit responsabilis. Neque asserere licet Mariam responsabilem fuisse, si Christus voluit nos redimere”.

Huic sententiae responsum dedit R.P. Bover, qui legit et commentavit sequentia ab ipso scripto tradita:

”Difficultas R. Dom. Davis ad tria capita revocari potest. *Primum*: Philologicum fundamentum est binaria terminologia anglica ‘atonement’, ‘redemption’. ‘Atonement’ dicitur theocentricum, Deus tamen qua Deus non dici potest ‘atone’; ‘redemption’ dicitur anthropocentricum, Deus autem dicitur redimere. Asseritur binaria ista distinctio in latina lingua deesse. At in lingua latina non tantum duo, sed plures habentur termini affines: redemptio, reconciliatio, expiatio, propitiatio... Illud accidit in lingua latina, quod redemptio duos habeat sensus: et etymologicum (rachat, rescate). et comprehensivum seu ampliorem. Proponit R. Dom. Davis identificationem tou ‘atonement’ cum obiectiva (co-)redemptione; tou ‘redemption’ cum subiectiva. Haec semantica innovatio duplici incommodo laborat: quod est contraria usui accepto ex antiquo; quod, sensu proprio nominis relictio, unus sensus metonymicus imponatur.

Secundum: Difficultas psychologico-theologica: anglorum horror in tribuenda Virgini reconciliationem (‘atonement’). Ubi duo sunt adspectus: psychologicus - theologicus. - a) Psychologicus adspectus. Horror iste in acatholicis oritur ex fidei defectu; in catholicis explicatur ex caritate. Horroris istius mitigatio obtineri potest bene explicando catholicorum theologorum mentem de Virginis corredeemptione; b) Theologicus adspectus. Difficultatis radix est quod fingitur catholicos theologos tribuere Virgini redemptionem quam Christo tribuunt. Quod non est verum. Christus redemit a se, sua virtute suisque meritis; Virgo Christo consociatur, a quo totaliter pendet. Quod discrimen (a se - ab alio) non est leve; est essentiale discrimen, infinitum, Deum inter et creaturam. Duo praeterea sunt observanda. Primum, quod in primaeva traditione frequentius et antiquius Virgo dicitur reconciliatrix quam corredemptrix. Secundum est, quod mirum videtur non posse Virginis tribui reconciliandi actionem, quae non est proprie divina, posse autem tribui redimendi actionem, quae divina esse potest.

Tertium: Difficultas historico-theologica. Dicit R. Dom. Davis ex Irenaei testimonio, conferentis seu opponentis Mariam Evae, non posse erui argumentum pro mariali corredeemptione. Maria enim, inquit, non suasit Christo ut homines redimeret, sicut Eva suasit Adae ut peccaret. Huius difficultatis multiplex est solutio:

a) Detorquetur Irenaei testimonium, qui non afferit Evaे responsabilitatem, sed eius inobedientiae oboedientiam Mariae contra ponit; b) In Virginis consensu consideranda est Mariae cooperatio non directe cum Christo, sed cum Deo; c) Plena et synthetica solutio habetur, si Virginis consensus consideretur non ut actus transiens, sed ut actus habitualiter permanens, qui ad crucem usque extenditur, et renovatur; ubi Maria, maternis iuribus abdicans, in Filii mortem consentit; id est, ubi Mariae oboedientia cum Christi oboedientia sociatur; ubi Maria oboediens Filium pro nostra salute tradit, sicut Christus oboediens semetipsum tradit in mortem” (i).

R.P. García Garcés, qui interim praesidis munere fungebatur, edisserit responsonem R.P. Bover continere medullam rationum ad solvendas difficultates contra corredemptionem immediatam et obiectivam B. V. Mariae allatas atque animadvertis revertendum esse ad ipsam

(i) R. Dom. H. F. Davis sessione ad finem perducta sequentem responsonem dedit, rogando ut typis mandaretur simul cum narratione sessionis:

“Quod ad argumentum sic dictum ‘philologicum’ attinet, non debet dici exclusive philologicum. ‘Atonement’ philologice nihil aliud significat nisi ‘reconciliatio’. De facto in usu universalis, ut dixi in obiectione mea, significat ‘opus redemptivum’ seu ‘actum satisfactionis et caritatis’ quo homines peccatores de facto et de iure Deo reconciliantur.

Istud verbum abstrahit prorsus a modo quo fit. Non igitur excludit sensum primarium verbi redempcionis. Sive fiat per solutionem pretii sive per sacrificium sive aliquo alio modo, potest vocari ‘atonement’, dummodo sit opus sufficiens redemptivum humani generis, reconcilians cum Deo.

Quod ad argumentum a R. P. Bover ‘psychologicum’ vocatum attinet, non est verum quod protestantes obiciunt dicto: ‘Mary had part in the atonement’. Hoc non dixi. Nec est verum quod catholici ex caritate non adhibent hunc modum loquendi; potius ex fide abhorrerent. Dixi in obiectione: ‘Omnès sive catholici sive acatholici abhorrent’ (vel verba huiusmodi). Et consulto non dixi: ‘Omnès sive acatholici sive catholici abhorrent’. Ratio quare hoc non dixi est quia nemo unquam, nec catholicus neque acatholicus, adhibuit hunc modum loquendi. Ratio quare non adhiberunt est quia ‘atonement’ significat opus redempcionis satisfactorium homines reconcilians sufficienter. Aliis verbis, significat opus quod solus unicus mediator Christus Iesus fecit. Quod solus Christus fecit actum vere satisfaciens et reconciliantem, concedit etiam ipse R. P. Bover in responso meae obiectioni. Ex sua confessione explicita sequitur quod etiam ipse R. P. Bover abhorret a dicto ‘Mary had part in the atonement’, si ipse perfecte intelligeret usum hodiernum (et probabiliter usum antiquum etiam) huius verbi.

R. P. Merkelbach idem confitetur ubi asserit Mariam nullam partem habuisse in ipso opere redemptivo.

Quod ad distinctionem inter redempcionem obiectivam et redempcionem subiectivam attinet, si redempcio obiectiva aliud significat ac ‘ipsum opus redemptivum’ seu ‘the atonement’, melius esset omnino evitare hanc distinctionem inter redempcionem obiectivam et redempcionem subiectivam. Animadverti ex lectione celerrima textus quod videtur R. P. Merkelbach in sua *Mariologia* etiam evitare hanc distinctionem. Ego dicerem quod hi theologi (multi saltem in Germania, Anglia et America) qui nolunt dicere Mariam habuisse partem immediatam in redempcione obiectiva, nisi remote consensem dando ipsi incarnationi et passioni Christi, de facto intelligent redempcionem obiectivam ut significantem ‘opus redemptivum’ seu ‘atonement’.

Quod ad S. Irenaeum attinet, qui dicit Mariam factam esse et sibi et aliis causam salutis, non significat quod ipsa meruit suam perseverantiam, - saltem non necessario hoc significat. Posset significare solummodo quod ipsa cooperata est remote consentiendo incarnationi et passioni Filii, non quod ipsa suasit Christo ut ipse nos redimeret .

Ergo stat difficultas”.

quaestionem de merito de condigno, quae exquirienda erat. Cui respondebat R.P. Koester asserendo corredemptionem obiectivam et meritum de condigno revera distinctas esse quaestiones, at hanc illam supponere et spem non esse solutionis posterioris antequam prima solvatur. R.P. García Garcés rogat ut supponatur saltem soluta quaestio de corredemptione et disputatio instituatur circa meritum de condigno, quin despiciantur opiniones eorum qui de corredemptione obiectiva immediata aliter sentiunt. Ipsique se sociat R.P. Bover asserens licere affirmare sententiam de cooperatione immediata consensum moralem recipere.

Istis respondent R.P. Campanella dicendo probations exhibendas esse et non consensum supponendum, et R.P. Koester declarans spem non esse progrediendi in hac re, antequam aequivocationes tollantur, inter quas: *a)* aequivocatio inter corredemptionem et oboedientiam Mariae; *b)* inter redemptionem ipsius Virginis et aliorum.

R.P. Bover, has aequivocationes inductas e suo priore sermone solvens, edicit: *1)* se non affirmasse simultaneitatem temporalem inter oboedientiam B. Virginis et opus redempcionis; *2)* rem totam esse de redempcione aliorum, non de Virginis redempcione, quae, uti ex traditione constat, prius facta est et dein redemptio aliorum. Cum praeterea R.P. Koester peteret ut responsum daretur quaestioni: utrum B. Virgo operata sit redempcionem sui ipsius necne, R.P. Bover respondit hanc quaestionem esse liberae disputationis et dein citavit S. Irenaeum qui posuit B. Virginem cooperatam fuisse ad propriam redempcionem.

Nunc R.P. García Garcés noviter et feliciter tentavit disputationem ad quaestionem de merito de condigno revocare, summo cum omnium plausu.

R.P. Maria-Joseph Nicolas, O.P., superior provinciae tolosanae, expositionem et sententiam R.P. Llamera ad crisim revocans, agnoscit inter meritum de congruo et meritum de condigno analogiam existere; agnoscit argumentum R.P. Llamera probare quidem meritum B. Virginis, non autem dirimere quaestionem, utrum hoc meritum de congruo fuerit vel de condigno; insuper meritum Christi pro aliis venire praecise ex gratia capitali, gratiam autem maternalem Virginis capitalem non esse.

R.P. Llamera consentit R.P. Nicolas agnoscens non unam, sed plures analogias in re inveniri: unam inter meritum Christi et meritum Virginis, alteram inter meritum de condigno et meritum de congruo. Affirmat ulterius in ipso merito de condigno duo distinguenda esse, quae etiam analogice sese habent ad invicem: meritum de condigno absoluto, quod est solius Christi, et meritum de condigno relativo, quod B. Virginis tribuit. Conatur distinctionem adaequatam praebere inter meritum de congruo et meritum de condigno relativo: meritum de congruo est absque ordinatione et absque ulla aequalitate; meritum vero

de condigno relativo est cum ordinatione et aequalitatem supponit inter actum merentem et praemium. His prae-notatis, contendit pro merito de condigno absoluto requiri gratiam capitalem; pro merito de condigno relativo exigi et sufficere gratiam maternalem. Tamen animadvertisit alias conditiones quoque necessarias esse ad hoc meritum habendum, id est: quod concessa sit gratia sufficiens pro merito de condigno, scil. saltem sufficiens ut actus merens aequet praemium; quod facta sit ordinatio meriti ad alios; quod habeatur repraesentatio totius generis humani. Probat dein gratiam Virginis fuisse sufficientem pro redemptione generis humani. Gratia enim mensuratur a fine et a principio. Virgo autem fuit destinata ut esset mater hominum, ergo ad hoc habere debuit gratiam sufficientem, ut condigna esset mater. Adiungit gratiam maternalem Virgini datam maiorem esse gratia necessaria pro redemptione de condigno relativo generis humani.

Obicienti R.P. Nicolas ex concessione huius gratiae maioris non sequi capacitatem merendi pro aliis, R.P. Llamera consentit concedens per se gratiam maternalem non esse sufficientem, ut B. Virgo pro aliis meritum acquirat. Quia vero R.P. Nicolas auctoritatem S. Thomae (*De merito*, c. 6) ad suam vindicandam sententiam adduxerat, quae tenebat absque gratia capitali mereri non posse pro aliis, R.P. Llamera ibi distinguit inter modum merendi Christi et modum merendi Mariae: ad merendum sicut Christus meruit, utique gratia capitalis est necessaria; sed hoc affirmari nequit de merito B. Virginis.

S. Thomam citat etiam R.P. Garrigou-Lagrange, qui textum respectivum S. Thomae legit ut declareret distinctionem a R.P. Llamera factam esse impossibilem. Aserit etenim S. Thomam locutum fuisse de merito de condigno simpliciter absque distinctione inter meritum de condigno absoluto et relativo, vel potius de merito pro aliis absque distinctione. Denegat praeterea probari posse ordinationem meriti B. Virginis ad merendum pro aliis de condigno, sustinens affirmationem meriti de condigno rem novam esse; doctrinam meriti de congruo esse unicam admittendam, atque a Pio X encycelicis litteris sancitam.

R.P. Llamera, R.P. Garrigou-Lagrange discipulus, distinxit: Pium X illud meritum sanxisse - nego; simpliciter retulisse - concedo. Et obicienti R.P. Garrigou-Lagrange non sufficere probationem quod meritum B. Virginis sit ordinatum ad alios, sed requiri probationem ordinationis praecise ut sufficiat pro aliis ex iustitia, R.P. Llamera respondit non esse quaestionem de sufficientia meriti, sed de ordinatione eiusdem ad alios hancque ordinationem probandam suscipit.

At R.P. Garrigou-Lagrange in hac positione quaestio-nis adesse aequi-vocationem affirmat, quia agitur de ordinatione ad meritum de con-

digno, non autem de ordinatione simpliciter, cum haec possit esse ad meritum de congruo.

R. P. Llamera notat ad meritum de congruo non requiri ordinationem, et ideo si ordinatio B. Virginis in genere probaretur, probatum dicit meritum eius de condigno. Probationem praebet huiusmodi argumentatione: ordinatio gratiae debet sumi ex fine noto gratiae. Finis autem gratiae plenae Virginis est ad salutem omnium hominum, ut probatur ex eo quod Virgo beata fuerit Christo sociata ad opus salutis. Hinc: si gratia eius est plena, ergo sufficiens; si sociata, ergo ordinata; si sufficiens et ordinata, ergo meruit de condigno.

His verbis plausu acceptis, R. P. Llamera quaestionem nunc praecise aggreditur: utrum gratia sufficiens B. Virginis sit ordinata ad merendum pro aliis et utrum sit ordinata ad merendum de condigno. Et eodem modo respondet: sufficientia est probata; ex hac sufficientia gratiae et meritorum Virginis eiusque sociatione Christo probata est etiam altera pars, quia in merito de congruo ordinatio non datur.

R. P. Garrigou-Lagrange sustinet etiam in merito de congruo dari ordinationem ad obtainendum praemium ex caritate et affectu, etsi non ex iustitia. Unde thesis R. P. Llamera adhuc probanda manet.

Huic obiectioni respondens, R. P. Llamera edicit iustitiam aequalitatem expostulare et quidem hanc aequalitatem in merito duplicum esse: primo inter actum praemio dignum et ipsum praemium, deinde inter personam merentem et praemiantem. Si utraque aequalitas adest, meritum habetur de condigno absoluto, quod de solo Christo affirmari potest. Pro merito de condigno relativo autem sufficit aequalitas relativa, inter actum nempe merendi et praemium. Hanc aequalitatem asserit in cooperatione B. Virginis, quae proinde ex iustitia meruit salutem generis humani. Cum vero R. P. Garrigou-Lagrange proportionem inter B. Virginis gratiam et praemium personale, et inter opus eius et regenerationem generis humani negaret, R.P. Llamera ultro concedit hanc proportionem obtineri tantum quoad Christum; contradicit tamen asserens ordinationem B. Virginis tum ad merendum pro se tum ad merendum pro aliis; utramque ordinationem invenit sufficientem ideoque de condigno.

Cum autem uterque disputans in sua sententia instaret nihilque novi adderet, intervenit R. P. Nicolas proponens solutionem quaestionis: utrum gratia B. Virginis intrinsecus ordinetur ad merendum pro aliis sicut gratia Christi. R. P. Llamera respondit gratiam Virginis fuisse ordinatam analogice ad merendum pro aliis: Christus habuit ordinationem a se ex gratia capitali; Virgo beata autem habuit ordinationem ex gratia capitali Christi dependentem et maternalem. Utraque tamen ordinatio fuit intrinseca. Gratia maternalis, de qua agitur, est gratia qua

Maria fuit mater nostra, non mater Christi; et haec gratia est ordinata ad merendum de condigno pro aliis; illa tamen a gratia Christi capitali est derivata, accepta, dependens, ideoque ab ista gratia realiter distincta. Est tamen intrinsecus ordinata ad merendum pro aliis.

R. P. Nicolas tunc edicit se retinere ordinationem B. Virginis ad merendum pro aliis, tamen ordinationem Christi esse ex ipsa natura gratiae Christi; ordinationem autem Mariae dicit esse ex gratia maternali, ut cooperetur maternaliter, id est affective, per caritatem exceptionalem utique, sed tandem per caritatem. Et ideo eius meritum non esse de condigno, sed de congruo. R. P. Llamera nunc conatur argumenta proponere pro ordinatione ad merendum de condigno pro aliis ex bulla *Ineffabilis Deus* Pii IX, unde concludit ad suam iam propositam sententiam.

R. P. Browne substantialia expositionis R. P. Llamera reassumit sequenti syllogismo: meritum fundatum super gratiam maternalem est meritum de condigno. Atqui meritum B. Virginis super hanc gratiam fundatur. Ergo est meritum de condigno. Et, paucis cum R. P. Llamera interiectis, prosequitur: Meritum autem maternale fundatur super pietatem, quae est pars potentialis iustitiae, non autem iustitia. Nec exinde reducitur ad simplicem caritatem aut amicitiam, cum pietas, uti pars potentialis iustitiae, has categorias transcendat. Meritum de congruo B. Virginis exinde non solum quantitative merita aliorum transcendent, sed specifice: est meritum de congruo, tamen in specie altera quam aliorum merita. Fortasse dicendum meritum de super-congruo.

R.P. Llamera gratulatur R.P. Browne iam plus concedere quam alios: meritum Virginis esse relatum ad iustitiam, cum sit ex pietate. Dicit tamen se plus affirmare, nempe: meritum Virginis esse de condigno, de iustitia, aequalitatem esse inter actum praemio dignum et ipsum praeium. Esse ordinationem matris in filios, vitae in vitam, et quidem ordinationem sufficientem ut vitam producat; ergo ad aequalitatem. Et ideo esse ex iustitia et non ex pietate.

Praeses, R. P. Balić, animadvertisit iam S. Bonaventuram meritum B. Virginis nominasse "meritum digni", itaque aliquid amplius quam "meritum de congruo" B. V. Mariae adscribendo. Gaudet igitur quod occasione huius discussionis magis magisque res illustretur, et spem ponit quod tandem penitus lux appareat in hac gravi quaestione mario-logicā.

R. P. Gagnebet difficultatem interim movet contra ordinationem intrinsecam. Declarat in suppositione ordinationis meriti B. Virginis ad regenerationem generis humani sufficere meritum de congruo et ideo thesim de merito de condigno probatam non esse. Tamen retinendum esse de congruo omnino speciali. Cooperationem revera consistere in

actibus caritatis quibus B. Virgo Christo sese coniunxit in gratiarum acquisitione. Quod autem ad distributionem attinet, consistere in intercessione qua omnia obtinet. Ad haec omnia dixit satis esse meritum de congruo. Plus affirmare, gratuitum esse reputavit.

Annuente praeside, R. P. Balić, disputatio suspenditur per decem minuta. Deinde prosequitur circa objectionem R. P. Gagnebet. Responsum R. P. Llamera nulla argumenta nova ad solutionem quaestionis praebet. Ipse insistit ostendens meritum de congruo non indigere ordinatione, ordinationem vero reportare solum meritum de condigno. Et ideo, probata ordinatione meriti B. Virginis pro aliis, in B. Virgine condignitas est praedicanda. Quaestio igitur adhuc solvenda manet: an meritum de congruo ordinationem postulet necne.

Paucis observationibus hinc inde propositis, quae ad solutionem quaestionis propositae minime valent, sermonem suscipit R. P. Ioannes Franciscus Bonnefoy, O.F.M., qui difficultatem inter disputantes solvere putat per nonnullas animadversiones quae ad terminologiam spectant. Ille etenim censet quod "distinctione facta inter obligationem ex promissione qua Deus sese ligat erga creaturam, et aequalitatem vel inaequalitatem dati et recepti, honor Christi eiusque Matris salvatur et lis componitur".

Disputatione hac inter R.P. Bonnefoy et R.P. Llamera absoluta, praeses conatur conclusionem aliquam invenire, at — etsi sententia theologorum hispanicorum maioris adstantium partis suffragia sibi conciliaverat — conclusio quae ab omnibus singulisque admitteretur inveniri non potuit.

Qua de re omnes in eo convenient, ut historice narretur, quid in hac tanta ac tali disputatione actum et dictum sit, adnotando tamen plures certe in thesim sustinentem B. Virginem meruisse nobis salutem de condigno inclinationem ostendisse.

Adnotare quoque congruum est R. P. Llamera magna tranquillitate et dexteritate necnon peculiari ingenii acumine thesim theologorum hispanicorum per quattuor integras horas — quod communis omnium admirationi evadebat — optime ab impugnationibus vindicasse.

Iam antequam disputatio haec inchoaretur, R.P. Tiburtius Gallus, S. I., desiderium manifestaverat, ut per viginti horae momenta sibi liceret sententiam propriam exponere, quae, iuxta ipsum, multas hac in re difficultates eliminaret et claritatem inferret. Unde, sub finem huius sessionis matutinae, quae haud dubie inter sollemniores atque digniores habenda est, concessum est, ut laudatus Pater breviter sua dubia evolveret. Qui econtra potius viam ac rationem qua ad solutionem quaestionis hucusque conatum sit pervenire crisi subiecit, postulando ut post meridiem adhuc per viginti minuta sibi loquendi facultas daretur, ut posset clare et tran-

quillo animo suam mentem aperire et viam ad solutionem sternere. Etsi autem praeses intimam persuasionem habuisset, et sufficienter quaestio- nem de merito de condigno pertractatam fuisse, et nullam spem adesse ad omnia dubia singulorum eliminanda, ita ut ad unanimem sententiam perveniretur, interrogavit tamen adstantes, utrum necne ipsimet opportunum ducerent, ut hac de re ulterius discussio prosequeretur. Quoniam autem illi quibus hucusque non persuaserat argumentatio R. P. Llamera exoptabant ut facultas daretur nova argumenta audiendi, R. P. Gallus facultatem obtinuit post meridiem verba faciendi.

2. - *De aliis disputationem sessionibus*

Dum matutina disputatione potius in memoriam revocabat ordinarias sic dictas disputationes scholasticas quae de una eademque re undequaque enucleanda habebantur, aliae duae sessiones, id est postmeridiana diei 30 octobris et matutina diei 31 octobris, potius repraesentabant sic dictas disputationes quodlibetales, quae nempe a quolibet de quolibet habebantur. Cum insuper sessio matutina diei 30 octobris inter illas sollemnes et graves disputationes quae aurea scholasticae aetate tenebantur merito poni posset, aliae duae potius illam epocham repraesentare videbantur scholasticae, quando non tantum ipsi magistri sollemnes disputationes habuerunt, verum alii quoque, ita sane ut paulatim suum amiserint antiquum splendorem et momentum.

Reaperte sessioni postmeridianae diei 31 octobris longe minor pars auditorum et theologorum adfuerunt, immo neque ipse R. P. Llamera neque in universum theologi hispani apparuerunt. Ulterius, dum una cum R.P. Balić fere omnes credebant quaestionem de merito de condigno sufficienter ad trutinam revocatam fuisse, nonnulli approbaverunt ut de hac re adhuc discussio institueretur.

In hisce rerum adiunctis sessio secunda disputationum, hora 15,30, instauratur. Statim facultas loquendi conceditur R. P. Tiburtio Gallus, ut solvat difficultates contra sententiam meriti de condigno et cooperationis immediatae, sicut antea promiserat. Synthesis totius sermonis R.P. Gallus haec est, ab ipso nobis scripto tradita:

"Praemissis quibusdam exemplis de duplice cooperationis immediatae specie, scil. de cooperatione immediata ratione formae, et de cooperatione immediata ratione materiae (cf. relatoris articulum: *Ad B. M. Virginis in redemptione cooperationem*, in *Divus Thomas (Plac.)* 51 [1948] 114 ss., proponitur consideratio concursus 'fiat' B. Virginis, ad modum cooperationis immediatae ratione materiae. Iuxta talem considerationem oboedientia ('fiat') B. Virginis — quod implicite se extendet ad renuntiationem iurium maternorum circa defensionem vitae Geniti contra iniustos aggressores — unam componit cum oboedientia ('fiat') Christi causam meritoriam; quatenus nempe oboedientia ('fiat') B. Virginis iuxta genus causae

materialis quasi sustentat oboedientiam ('fiat') Christi; oboedientia autem Christi iuxta genus causae formalis facit oboedientiam B. Virginis esse actu sustentatricem oboedientiae Christi. Deus enim in concreto ordine salutis opus redemptio-nis dependens esse voluit a consensu ('fiat') B. Virginis, ad quem (scil. consen-sum) pertinet, tanquam eius obiectum, etiam renuntiatio iurium maternorum circa defensionem vitae Geniti contra iniustos aggressores (cf. GALLUS T., *Mater Dolorosa 'principium materiale' redemptio-nis obiectivae*, in *Marianum* 12 [1950] 227-249). Ratione huius unionis oboedientiae ('fiat') B. Virginis cum oboedientia ('fiat') Christi, seu ratione 'compositionis metaphysicae' utriusque oboedientiae in ordine intentionalis, merita B. Virginis, utpote exsurgentia ex ista unione et 'compositione metaphysica', recte dici possunt merita de condigno, quemadmodum talia sunt etiam merita ipsa Christi, cum quibus merita B. Virginis, iuxta considerationem moralem, unum quid constituant. Merita autem B. Virginis praecise sumpta sunt tamen merita de condigno, vel si vis, merita de 'super-congruo'".

Absoluta expositione sat quidem diffuse producta, R. P. Balić quaerit, num, qui contra meritum de condigno difficultates attulerunt neque huic thesi subscripserunt, solutas inveniant proprias difficultates et ideo utrum accedere intendant ad sententiam theologorum hispanicorum, mane a R. P. Llamera propositam ac defensam. Cum negative illi qui mane op-pugnabant sententiam meriti de condigno respondissent, nec ipsem R. P. Gallus ulterius disputationem prosecutus est (1).

(1) Quidam theologi qui partem activam in disputatione orali circa meritum de condigno non habuerunt in scriptis dubia proposuerunt. Ita, e. g., R. P. Nilus a S. Brocardo, O.C.D., professor in Collegio Internationali O.C.D., Romae, scribit:

"Quaestio 'utrum meritum corredemptivum B. Virginis sit de condigno vel de congruo' non est mere verbalis, prout minus recte opinantur nonnulli; sed vere doctrinalis, quia ad radices eius non una tantum vel altera latet veritas.

Ante omnia vero necesse est in unum convenire circa suppositionem formalem terminorum.

Porro, si termini (de condigno, de congruo) sumuntur traditionali sensu hactenus in scholis usurpati, admittendam non esse arbitramur illorum opinionem qui adscribunt Virgini Deiparae meritum de condigno.

Huiusmodi enim opinio, praefato sensu proposita, solido caret fundamento, periculum inducit confusionibus, opponitur traditionali theologorum sententiae.

1) Solido caret fundamento. Revera: a) Maternitas divina non est principium elicivum meriti socialis in B. Virgine. Principium elicivum actuum supernaturalium (fidei, spei, cari-tatis, etc.), quibus viatores meremur apud Deum, est gratia sanctificans (remote); sunt virtutes infusae (proxime). Maternitas divina, e contra, non est forma sanctificans in ordine ad eliciendas operationes supernaturales, quamvis sit certa quadam ratione consecrans et dignificans; b) Ma-ternitas divina, quamvis necessario et intrinsece connotet unionem hypostaticam, non tamen constituit B. Virginem personam divinam.

Eam proinde non facit 'caput' Ecclesiae: universa traditio rationem 'capitis' Ecclesiae reservat Christo; et formalis ratio capitinis est plenitudo gratiae habitualis connotans unionem hypostaticam.

Eam non facit idoneam ad patrandum opus satisfactorium ad aequalitatem cum culpa origi-nali, seu habens de se efficaciam infinitam ad delendum peccatum contra Deum commissum (cfr. III, q. 1, a. 2, ad 2).

Eam non reddit capacem ad obtinendam salutem omnium ex aequivalentia, seu ex intrinseca proportione suorum actuum cum tali praemio.



70. - Congressus marianus sermone Ex.mi Dom. Valerii Valeri, praesidis Comitatus Centralis pro Anno Sancto, inauguratur



71. - E.mus Dom. Ioseph cardinalis Frings, archiep. coloniensis, congressum aptis salutat verbis



72. - E.mus Dom. Theodosius Clemens card. De Gouveia, archiep. de Lourenço Marques, omnibus ad congressum mariannum e toto orbe coadunatis salutem ex animo promit



73. - Ex.mus Dom. Ioseph VII Ghani, patriarcha babylonensis chaldaeorum, fervorem caelestem congressui auspicatur



74. - Ex.mus Dom. Carolus Saboia
Bandeira de Mello, praelatus pal-
mensis, vota pro felici congressus
exitu facit




75. - Ex.mus Dom. Alexander Va-
chon, archiep. ottaviensis, adstanti-
bus verba salutis dicit



76. - Ecclesiae Orientalis Ex.mi Praesules in solleimi congressus mariani inauguratione



77. - Ex.mus Dom. Rod. Harscouët,
ep. carnutensis, participantibus cun-
cta bona faustaque exoptat



78. - Ex.mus Dominus Leo Bonaventura
Uriarte Bengoa, vic. apost. de Ucayali,
vota facit pro felici congressus exitu

Post hoc novissimum conamen omnes reducendi ad thesim de merito de condigno suscipiendam, quaestio de merito B. Virginis reposita est, et aliae quaestiones instauratae. Et imprimis P. Balic attentionem omnium dicit ad votum Domini Lebon, die 28 in aula Pont. Athenaei Lateranensis perlectum, quo sententia exprimebatur Mariam non esse mediatrix ad Mediatorem, sed ad Deum; ac proinde petitionem ad S. Sedem mittendam esse, ut mutetur hoc in sensu officium et missa mediationis B. Virginis.

Contra hoc votum nonnulli theologi, ut RR. PP. Cajetanus Stano, Ioannes Fr. Bonnefoy, Clemens Henze, Ioannes Ortega, in scriptis dubia exhibuerunt. Ita R. P. Ioannes Ortega, O.P., ex universitatē S. Thomae manilana, scripsit quod propositio: "Maria est mediatrix non ad Mediatorem, sed ad Deum" sic et simpliciter expressa, male sonat. Nam: *a)* Videtur contraria dato revelato (Tim. 2, 5): 'Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum homo Christus Iesus'; *b)* proinde ansam praebet acatholicis, ut apparenti iure Ecclesiam calumnientur; *c)* videtur quoque contradicere doctrinae Scoti quod maternitas beatae Virginis sit relatio terminata ad naturam humanam, non ad personam divinam".

R. P. Stano non videt necessitatem ut in formulis liturgicis integra doctrina theologica exprimatur. Sufficit enim ut id quod asseritur sit absque errore (i).

2) Ansam praebet confusionibus. Ea siquidem sententia admissa, videretur collocari in eadem linea meritum Christi, qui est causa primaria et independens cum merito B. Virginis, quae est causa secundaria et ab eo dependens. Hoc modo, vel ipsis quoque dissidentibus fratribus daretur fundata ratio male cogitandi atque obloquendi de catholica doctrina circa Mariam Dei Genitricem, necnon circa catholicum in eam cultum.

3) Opponitur traditionali sententiae. Compertum est enim melioris notae theologos meritum B. Virginis dixisse 'de congruo', illud 'de condigno' reservantes Christo. Hunc loquendi modum amplexatum fuisse ac veluti consecrasse arbitramur Pium X, in encycl. *Ad diem illum*: 'A Christo adscita in humanae salutis opus, de congruo, ut aiunt, promeret nobis quae Christus de condigno'.

Bonus theologus incessanter respicit ad vivum Ecclesiae magisterium; et non modo ei adhaeret in rebus infallibiliter propositis, verum etiam libenter inde directionem sumit in rebus controversis, de quibus exstat ecclesiasticum aliquod iudicium, etsi non infallibiliter prolatum.

Quocirca magis securum credimus urgere eum loquendi modum, quem tenuit et Romanus Pontifex".

(i) "Non si vede come e perchè le espressioni che si leggono nell'*Invitatorium* e nella *Oratio* debbano sembrare inesatte ai mariologi. Inoltre non sembra opportuno prendere in considerazione queste proposte, mentre il detto ufficio non è esteso alla Chiesa universale, ma è ufficio particolare di alcune diocesi o provincie e istituti religiosi.

In particolare si osserva: *a)* circa l'*Invitatorium* (Christum Redemptorem, qui bona cuncta, etc.), il sottoscritto pensa che sia più aderente allo spirito e alla prassi della liturgia lasciare invariato l'*Invitatorio*, che suona molto bene. Difatti l'*Invitatorio* (quando è terminato dal 'Venite, adoremus') è rivolto per lo più a Gesù Cristo uomo-Dio (se si eccettua quello della festa della SS. Trinità, della Pentecoste, dell'ufficio domenicale e feriale de tempore infra annum; e qualche altro caso particolare). Soprattutto è regola costante in tutti gli uffici della B. Vergine riferire l'*Invitatorio* a Gesù Cristo suo Figlio. Ed è bene conservare questa peculiarità (anche

"In textibus approbatis - adiungit R. P. Bonnefoy - neque errorem neque inopportunitatem invenerunt sive periti qui illos examini tradiderunt sive sacerdotes qui illos a pluribus annis usurpaverunt. Ad quid igitur textum receptum mutare?". Eiusdem sententiae est R. P. Henze, C.S.S.R., sua dubia inchoando: "Magnus ille cardinalis Mercier optime fecit eligendq hoc invitatorium".

A theologis desiderabatur ut enuclearentur argumenta quibus votum laudatum nititur et ut ad trutinam revocarentur antequam illud congressus suum ficeret.

Et certe, si R. Dom. Lebon, qui auctor et promotor voti est, in Urbem venire potuisset, maxima dexteritate et sagacitate suum votum propugnasset, ita ut haec secunda sessio haud inferior prima splendore evasisset. At, cum ille longius abfuisset, neque ullus apparuisset qui sententiam propositam sustineret, licet haud paucis studio digna videretur, R. P. Balić, munere praesidis fungens, ad alias examini subiciendas materias transiit, potissimum vero ad vota discutienda peculiarium sessionum. Hinc disputatum est, e. g., de festo instituendo ad honorem B. V. Mariae sub titulo "Auxilium Christianorum" invocatae; de societate mariologica in quavis natione instituenda, et ita porro.

At, cum manifestum esset has quaestiones practicas minorem attentio-
nem attrahere atque disputationes proprie dictas instaurari non posse,

l'invitatorio nelle feste dei santi è rivolto per lo più — salve rare eccezioni — a Gesù Cristo: 'Regem Apostolorum, Regem Martyrum', ecc.).

Inoltre l'Invitatorio, così come suona, sembra essere perfettamente vero e teologicamente esatto (anche se non esprime nella pienezza tutti gli aspetti della mediazione mariana: ciò che non sembra essere necessario). In sostanza poi l'enunciato 'Christum Redemptorem, qui bona cuncta...', non differisce dalla nota sentenza di S. Bernardo, alla quale evidentemente è improntato: 'Deus voluit...'; b) Circa l'*Oratio*, è stato proposto di mutare le parole 'Domine J. C., noster apud Patrem mediator, qui beatam Virginem matrem tuam, matrem quoque nostram et apud te mediatrixem constitui dignatus es...', in un'altra forma ove l'invocazione sia rivolta al Padre, per es.: 'Deus omnipotens, qui cum Christo summo mediatore nostro, beatissimam Virginem Mariam mediatrixem constituere apud te...'.

Si fa osservare che l'enunciato espresso nell'attuale *Oratio* non pecca certo contro la verità o esattezza teologica. E' verissimo che la Vergine è stata costituita nostra madre e mediatrice da Gesù Cristo (insieme col Padre e lo Spirito Santo, è chiaro). E' verissimo che la Madonna è nostra mediatrixe presso il Figlio (come per lo più i SS. Padri amano esprimersi): ciò che non esclude che la Madonna è anche mediatrixe nostra insieme con Cristo presso la SS. Trinità. Ma non credo necessario esprimere in una formula liturgica tutta la portata di una dottrina teologica. Basta che l'enunciato sia vero ed esatto: come certo nel caso nostro.

D'altra parte uno degli aspetti della mediazione della Madonna è che essa è mediatrixe nostra presso Gesù. Ahzi questo è l'aspetto più frequentemente ed espressamente inculcato dai Padri e più profondamente radicato nell'animo dei fedeli: ed è bene ed opportuno che questo aspetto sia messo in risalto e sia mantenuto.

Inoltre la formula attuale della *Oratio* contestata ha il vantaggio grande di unire alla nozione della mediazione anche quella della maternità spirituale della Madonna.

Per queste considerazioni, il sottoscritto è del parere che non occorra fare o proporre alcuna innovazione nell'ufficio della B. Vergine mediatrixe di tutte le grazie".

R. P. Balić omnes rogavit ut disputationibus crastina die habendis animos praepararent, atque interea properarent ad basilicam S. Mariae Maioris, ubi E. mus Dom. Adeodatus card. Piazza, S. Congr. Consistorialis secretarius, sermonem dicturus erat participantibus congressui, quem cantus variii nationales secuturi erant.

* * *

Ultima sessio disputationibus assignata locum habuit die 31 octobris mane. Nonnulli magni nominis theologi, qui anterioribus disputationibus interesse non potuerant, huic adfuerunt.

Cum nullus quaestionem vel difficultatem posuissest circa regalitatem aliaque theoretica problemata B. Virginem spectantia, de quibus in congressu peractum fuit, praeses statim progreditur ad varia vota et proposita examini subicienda. Ipsi praesidi maiorique adstantium parti summopere placuit petitionem sectionis gallicae tenere, quae postulabat: "Ne indefinite vota multiplicentur, praesertim de novis imponendis obligationibus, vel saltem ut nomine auctoris, non autem ipsius congressus nomine proferantur". Unde vota non sunt multiplicata nec a congressu suo nomine accepta, uti in alia apparebit paragraphe.

Inter vota quae congressus mariologicus unanimi consensu atque plausu sua fecit primo loco venit quod est de privilegio mediationis omnium gratiarum. Et in ipsam vigilia definitionis dogmaticae assumptionis congressus votum promit quod hisce ultimis decenniis formulatum et ad S. Sedem delatum est, quod nempe definiatur tanquam dogma fidei B. V. Mariam omnes gratias dispensare, eo scil. quod in ipsa omnium gratiarum acquisitione cooperata sit.

Ex aliis vero votis duo potissimum progressum scientiae mariologicae respiciunt, ut scil. in quavis natione societas mariologica constituatur et ut instauretur, ad instar comitatus permanentis internationalis pro congressibus eucharisticis, comitatus marianus pro congressibus mariologico-marianis.

Quod si nullum aliud quam ista duo dumtaxat ad effectum deduci possent, sicut omnibus cordi est, congressus mariologicus romanus, Anno Sancto 1950 institutus, peculiarem locum in historia theologiae mariana profecto teneret.

* * *

Cum diebus 24-26 octobris in singulis sectionibus quaestiones mariana separati tractarentur, haud defuerunt qui timerent ne hic congressus mariologicus veluti "congressus congressuum" evaderet, immo societas gallica votum exhibuit ut in proximo mariologico congressu theologi fusius inter se colloqui atque discussiones instaurare possent. At, inde ab

initio promotores congressus romani in animo habuerant congressum mariologicum una cum mariano usque ad diem 1 novembris protrahendi, si reapse diebus 23-28 discussiones et colloquia communia haud institui possent. Quod factum est cum omnium ingenti satisfactione et quam fortunatissimo exitu.

II.

VIII CONGRESSUS MARIANUS INTERNATIONALIS

Primo congressu mariologico internationali summa cum laetitia maximoque concursu celebrato, Deo adiuvante, octavus congressus marianus internationalis celebrandus supererat, in quo practice disquirendum erat de mediis magis aptis ad Virginem intimius cognoscendam ac profundius amandam et imitandam. Cum congressus et sessiones studii practici habuerit et pietatem variis manifestationibus religiosis foverit, dicendum imprimis de sessionibus illiusmodi studii, deinde vero de sollemnibus pietatis manifestationibus. At, hisce relationibus quaedam saltem praepietais manifestationibus. At, hisce relationibus notitia est praemittenda de congressus inauguratione.

A. - DE SOLLEMNI INAUGURATIONE CONGRESSUS, DIE 29 OCTOBRIS

Aëris tranquillitate caelique temperatione invitantibus, delegati variarum nationum, quae in congressu mariologico internationali partem sumpserunt, necnon institutorum religiosorum ac civilium, hora statuta (10,30 antimeridiana) ad pulcherrimam basilicam S. Mariae Angelorum properaverunt, ut etiam inaugurationi congressus mariani internationalis adessent. Dies festus Christi Regis celerabatur et templum Mariae fidelibus expletum erat. Omnes Ecclesiae principes advenientes devote salutabant, potissimum vero illos orientales. Nationum diversarum legati etiam hac die praesentia sua congressum honorarunt eo ducti studio, ut sua uniuscuiusque natio in laudibus Virginis canendis congruenter praesens esset.

In ampla abside delegati ecclesiastici, legati nationum, praesides et secretarii sectionum congressus internationalis mariologici et alii illustres viri consederunt. Fideles autem naves ecclesiae occuparunt. Iuvenes Actionis Catholicae Italicae numerosissimi utriusque sexus aderant: masculini sexus provenientes ex basilica S. Mariae in Araceli, ubi missae sacrificium cum communione generali pro illis celebratum est; puellae autem in ipsa S. Maria Angelorum basilica eandem functionem habuerunt.

Inter multas auctoritates quae aderant, meminisse liceat E.mum Dom. Joseph card. Frings, archiep. colonensem; E.mum Dom. Theodosium Clementem card. De Gouveia, archiep. de Lourenço Marques in Africa; Ex.mum Dom. Marcum II Khouzam, patriarcham alexandrinum cop-

torum; Ex.mum Dom. Ioseph VII Ghanima, patriarcham babylonensem chaldaeorum, cum aliis praelatis orientalibus; Ex.mos Dom.: Valerium Valeri, praesidem Comitatus Centralis pro Anno Sancto; Alexandrum Vachon, archiep. ottaviensem; Rodulphum Harscouët, ep. carnutensem; Antonium Ignatium Camargo, ep. aux. calabocensem; Michaëlem Gonzi, archiep. melitensem; Theodosium Moreno, ep. huancensem; Leonem Bonaventuram Uriarte Bengoa, ep. tit. madaurensem et vicarium apostolicum de Ucayali; Carolum Saboia Bandeira de Mello, ep. tit. girbitanum et praelatum nullius palmensem; Ex.mos Tonna, Nuti, Vanni, Kedigian, et alios; legatos nationum; Ill.mum Dom. Aloysium Gedda, vicepraesidem Actionis Catholicae Italicae, et ita porro.

i. - Allocutio auspicalis Ex.mi Dom. Valerii Valeri

Aula quidem undequaque frequentissima erat ab iis qui ad audiendum celeberrimum P. Richardum Lombardi, S.I., sedulo advenerant. Ipse vero thema: "Parlare sempre di Maria" evolvens per longum spatium temporis audientium animos commovit ac delectavit.

Sacerdotes et verbi Dei praedicatores enixe exhortantur, ne praetermittant in colloquiis tum privatis cum publicis disserere de B. V. Maria, semper pree se ferendo effatum: Loqui semper de Maria! In hoc principio fundatur etiam sollemnitas dogmatis assumptionis Mariae proclamatio. Ecclesia enim non contra errores assumptionisticos infallibilem suam auctoritatem provocat, sed illo ducitur spiritu, quo semper de Maria dicere delectat. Aetas quidem nostra indubitanter in dies spiritu Iesu impletur, illius nempe Iesu qui Mariam tam pulchram divitemque et amabilem fecit, quique Ecclesiam suam semper de Maria eloqui impellit. Si Iesu spiritu adeo repleti essemus, ut iam non nos viveremus, sed in nobis viveret Christus, semper profecto et nos de Maria loqueremur.

Post plausum valde prolongatum, quo sermo R.P. Lombardi exceptus est, praeses congressus, R.P. Carolus Balić, nomine totius congressus mariani votum, unanimi plausu comprobatum, ita in formam rededit: "Congressus internationalis marianus Anni Sancti, audita relatione R.P. Richardi Lombardi, votum exprimit, ut in orationibus, operibus, congreSSIONIBUS familiarum, epistolis cogitatio ad almam Sociam Christi, Matrem Dei matremque nostram conferatur atque iterato saepe, si id rerum adjuncta suadent, verbis exprimatur".

Notissimum oratorem R.P. Lombardi continuo secutus est R.mus P. Marius Vanti, M.I., superior generalis, qui peritia qua pollet praesentibus-thema: "La Madonna al letto dei malati e dei morenti" explicavit.

Apta media orator proponit ad salutem et restaurationem vitae christiana infirmorum in genere et in articulo mortis versantium in specie procurandam. Maria enim, quae a fidelibus "Salus infirmorum" et "Mater agonizantium" invocatur, iuxta crucem Iesu morientis stando efficacissimum praebet exemplum ad hanc obli-

gationem implendam. Ex alia vero parte optime cognovit statum infirmorum. Quare nihil efficacius pro infirmis consolandis quam sincera eorundem devotione erga B. V. Mariam excitanda. Quae devotione mariana per simplicissima media (numismata miraculosa, imagines B. Virginis, Ave Maria in lingua vernacula recitata, frequens nominum sanctissimorum Iesu et Mariae invocatio, rosarium sacram, mensis maii pro infirmis oblatio, exercitium 15 sabbatorum, sollemnitas festorum B. V. Mariae celebratio, cantus mariani, praxis trium Ave Maria, novenae in honorem mysteriorum, praesertim immaculatae conceptionis B. M. Virginis, peregrinatio infirmorum ad sanctuaria mariana, dies marianae infirmorum, etc.) est urgenda, ut attentio etiam in gravissimo morbo versantium valide excitetur.

R. P. Ioseph Tenzi, M.S.T., parochorum Urbis praefectus, thema sibi propositum: "I santuari mariani", evolvit.

Sanctuaria mariana ubique terrarum centrum sunt amoris et venerationis erga B. V. Mariam. Visitations ad haec sanctuaria unum ex mediis efficacibus sunt ad pietatem mariannam fovendam. Maria in illis non tantum gratias temporales, sed spirituales potissimum concedit.

Ill.mus Dom. Gundolff de Montfeuille, extra programma quidem, ideas suas exposuit loquendo de: "Vulgarisation de la mariologie dans les prisons".

Maria optime novit dolores et tormenta innocentis in carcerem missi ad mortemque damnavti. Illa tenere amat innocentes damnatos, qui similes filio suo sunt. Amat etiam culpabiles in carceribus, quia mater et refugium peccatorum est, pro quibus insimul cum Filio sacrificium crucis obtulit. Vult salvare omnes, etiam illos qui ipsam affligunt, quia mater misericordiae est. Optimum itaque esset si etiam captivi, qui hodie toto in mundo plusquam 30 millions extant, sive innocentes sive culpabiles, novissent Mariam esse etiam matrem captivorum illorumque corredemptricem et mediatricem.

Ulterius locuta est Ill.ma Dom. Ioanna Tudisco, delegata nationalis iuuentutis feminilis Actionis Catholicae Italicae, disserens de: "Esperienze di pedagogia mariana fra le bimbe e le fanciulle della G.F.A.C.I.".

Parvulae et puellae, secundum programma ab A. C. constitutum, bene instructae sunt de vita christocentrica et fine supernaturali hominis; at, consideratis hodiernae vitae religiosae exigentiis, apte complendae sunt instructiones hucusque exhibitae cum expositione singularis partis, quam B. V. Maria habet iuxta Christum, unicum mediatorem Deum inter et hominem. Et quidem sequentia proponuntur sublineanda: 1) Caritas Iesu cum caritate Mariae et nostra caritas; 2) Passio Iesu una cum passione Mariae et nostra passio; 3) Preces Iesu una cum precibus Mariae et nostra oratio. Delegati associationum A. C. hunc in modum sunt instruendi. Quam formationem mariannam optime foveat peregrinationis Mariae forma parvulis adaptata, seu visitatio Mariae per statuam vel imaginem B. Virginis de die in diem ad aliam familiam puellarum portandam, quae praxis mirabiles produxit iam fructus in moribus familiarum reformatis, sicuti oratrix variis testimonis e propria experientia compertis probare sagedit.

R. P. Virginius Rotondi, S.I., thema certe magni momenti hisce nostris diebus exposuit: "La Madonna e gli operai".

Operarium parti communistarum addictum et operarium bonum sibi examinandum proponit. Operarius communismo addictus materiam et mechanismum tantum admittit, ideoque Deum, animam immortalem, vitam aeternam, divinitatem Christi negare cogitur. Ex qua tamen positione logice colligitur B. V. Mariam non tantum simplicem mulierem, sed, ob conceptionem absque viri concursu, prouti ex Evangelio constat, foecundam, pessimam mulierem evadere. Qui theoriam communisticam ad finem usque deduceret, maximam erga B. Virginem blasphemiam affirmare cogeretur. A quo asserto et ipsi communistae abhorrent. Hic amor erga Mariam semen est bonum, quod quidem excolendum ad Christum inter operarios reducendum: Per Mariam ad Iesum! Operarius vero bonus in Maria maximum habet medium et auxilium in Christo imitando, in labore cum Christi humilitate et subiectione perficiendo atque in omnibus operibus humanis activitatem Dei semper operantis cooperantisque admirando. At Christus semper per Mariam nobis apparet, ut per Mariam retroducamus ad Iesum, quem Maria nobis dat Iesum, conservat Iesum nosque transformari facit in Iesum.

Ill.ma Dom. Maria Desideri, secretaria generalis pii motus "Pro regalitate Mariae" historiam huius motus exhibuit.

Initium loquendi sumens ex inaugurali prolusione E.mi Dom. Joseph card. Pizzardo in congressu mariologico internationali habita, historiam et finem motus "Pro regalitate Mariae" nuncupati exponere intendit. Fundamenta huius motus Domina Maria Morbidella iecit, quae Lapurdi (Lourdes) per intercessionem B. V. Mariae mirabili modo ab infirmitate lethali sanata fuit. Cui motui innumeri fideles, illustres viri doctrina mariana clarescentes, supremi ordinum religiosorum moderatores, episcopi et cardinales libentissime adhaeserunt; Summus vero Pontifex, fel. regnans, benigne benedixit, eius finem laudando: proclamationem sc. dogmatis regalitatis B. V. Mariae necnon institutionem festi liturgici eiusdem mysterii, ut quam primum in omnium ore sonet iubilus: Christus et Maria vincunt! Christus et Maria regnant! Christus et Maria imperant!

Quoniam R.P. Carolus Balić discussioni quae in altera aula magna eiusdem Pont. Athenaei Antoniani eodem tempore locum habuit adesse debuit, R.mus P. Pacificus M. Perantoni, O.F.M., minister generalis, sessionibus congressus mariani moderabatur, post unumquemque sermonem verba opportuna adiungens.

2. - *Dies secunda, 31 octobris*

Etiam hodie amplissima aula referta auditoribus visa est, cum hora 9,30 oratores praestituti in aula apparuerunt. Cum R.P. Balić ad aliam aulam conferre se debuerit, ubi theologi congressus mariologici disputationes suas habuerunt, hodiernae quoque sessionis labores R.mus P. Pacificus M. Perantoni direxit.

Primus ad loquendum accessit R.P. Emvinus Busutil, S.I., Secretarius Congregationum Marianarum rector, qui locutus est de themate: "Il messaggio mariano delle Congregazioni Mariane".

Gloriosam enarrans historiam Congregationum Marianarum per IV saecula per universum orbem catholicum diffusarum, responsum querit orator, unde nam mirabiles fructus vitae sanctae emanant, quos CC. MM. produxerunt. Ratio huius foecunditatis in intensa formatione christiana et mariana est quaerenda, qua sodales suos imbuunt. Nam scopus earum est producere sanctos, ad quem finem consequendum regulae eiusdem instituti apta praescribunt media, exercitia nempe spiritualia, meditationem quotidianam, particulare conscientiae examen, visitationem SS. Sacramenti, fiduciam et dependentiam sinceram a directore spirituali, totam et perpetuam sui ipsius consecrationem in servitium B. V. Mariae, propositum firmum ad seipsum proximosque sanctificandos, etc. Quaevis sodalitas dein in variis sectionibus quoque curat de sodalibus mariano imbuendis, nam per Mariam ad Iesum pervenimus. Maria nostrum exemplum est, Maria est spes mundi moderni.

Ipse deinde praeses sessionis, R.mus P. Pacificus M. Perantoni, O.F.M., minister generalis, thema: "Pia practica espiatoria mariana" exponendum assumpsit.

Pia praxis espiatoria mariana in actibus devotionis et precum consistit, quibus die mensis maii ad beneplacitum electa publice expientur omnia peccata, omnes maledictiones, negligentiae in privilegiis marianis dignoscendis vel negandis commissae. Quae pia praxis a Dom. Aloysio Picchini, Venetiis anno 1932 instaurata, ab ordinariis, supremis ordinum religiosorum moderatoribus approbata et a Summo Pontifice benedictione apostolica munita et summopere laudata, die 2 februarii 1947 Ordini Fratrum Minorum aggregata est. Occasione autem congressus mariani internationalis ut votum ab oratore proponitur.

R.P. Antonius Lisandrini, O.F.M., congressui thema: "Maria, regina della pace" exposuit:

Ad universalem mundi pacem servandam indispensabiliter necesse est, ut in evolutione illa, qua ordo antiquus ordini novo praeparat conditiones, libertas et iustitia identificantur, seu principia vitae socialis christiana verificantur, alii terminis: ut corpus Christi mysticum in variis dimensionibus vitae humanae dilatetur. Ast Mater Christi est mater corporis mystici, itaque mater naturalis pacis Christi. Quare cultus B. V. Mariae valde aptus appareat ad hanc evolutionem optatam parandam. Quum Maria Regem pacis dederit nobis, non denegabit maternum auxilium in novo ordine iustitiae et libertatis efformando. Eo vel magis, quia Maria excelsum exemplar quoque est pacis, quum conditiones seu virtutes ad pacem socialem parandam necessariae perfectissimum in illa attingunt gradum. Ideoque Maria magistra est pacis, cuius virtute et doctrina cunctae haereses sociales interimentur, in universo mundo via parabitur Christo, qui in sua doctrina salvifica libertatem cum iustitia sociali tam perfecte coniunxit.

Magno plausu praesentium salutatus verbum deinde fecit Ex.mus Dom. Ioannes Urbani, archiep. tit. sardianus et assistens generalis Actionis Catholicae Italicae, qui thema: "La società attuale a Dio per mezzo di Maria" erudite explanavit.

Maria, historia teste, semper influxum maximum sive in vita popolorum sive in illa privatorum exercuit. Cultus eius, qui universalis est, minime tamen relinquentius sentimentalismo. Ideo populus instruendus est in vera solidaque devotione mariana. Media autem practica sunt: 1) explicare populo singularem missionem Mariae in mysterio redemptionis et in vita Ecclesiae; 2) conservare et promovere opera artis in honorem Mariae exarata; 3) coordinare omnes initiativas in cultu mariano propagando; 4) fovere formas antiquas devotionis marianae: Rosarium, Angelus, mensem Mariae, mensem octobris; et prudenter introducere in vitam liturgicam Ecclesiae formas novas, quae correspondent mutatis conditionibus vitae modernae. Maria omnibus et singulis exemplum debet esse; ipsa enim plus quam ulla alia creatura exemplum divinum omnis perfectionis Iesum in se ipsa reproduxerat.

Ulterius, Soror ex Instituto Franciscalium Missionariorum de Maria thema: "Sui mezzi di cui dovrebbe servirsi una Francescana Missionaria di Maria per conoscere, amare, imitare la Madonna" docte et ingenuosa dexteritate illustravit.

Initio memorat verba Matris Mariae de Passione, fundatrix instituti Sororum Franciscalium Missionariorum de Maria, nempe: "In Ordine Franciscano memoriale factae sumus immaculatae conceptionis". Prosequendo ad illam pervenit conclusionem, quod Soror Franciscalis Missionaria de Maria eximiam habere debet partem in missione B. V. Mariae implenda, salutem animarum procurando misericordiamque exercendo. Qua in vocatione sublimi fundamentale habet principium: Agere omnia sicut fecit Maria! Sicut Maria: in vita contemplativa et activa; sicut Maria: in adoratione et apostolatu; sicut Maria: in seipsam ut sacrificium offerendo! Missionaria - Victima - Adoratrix, triplex nota Sororis Franciscalis, minutissimae imitatrixis Mariae immaculatae in humili suiipsius oblatione, secundum illud: "Ecce ancilla Domini... Fiat...!" Ad hanc vocationem digne implendam, ad humilitatem, exemplum et oboedientiam Mariae imitandam invitantur, ut quam efficacius proximis thesaurum unicum eisdem concreditum offerant: Iesum.

Vix aliquis tanta intelligentia, experientia atque ardore de themate: "Une campagne mariale organisée", disserere poterat prouti fecit R.P. Joseph Hupperts, S.M.M., director operum marialium montfortanorum in Belgio, qui per spatium 40 annorum indefesse atque feliciter omnes vires adhibuit ad regnum marianum melius ab omnibus cognoscendum et dilatandum. Congressui scriptam relationem exhibuit, cuius en breve summarium:

"Si cognitio et regnum Iesu Christi aliquando, sicut certum est, adveniet in mundum, hoc nil aliud erit, quam necessaria cognitionis et regni sanctissimae virginis Mariae continuatio, quum Maria, quae ipsum prima vice dedit mundo, etiam

secunda fulgere faciet Ipsum". His verbis S. Ludovici Mariae de Montfort orator natus, certaminis pro gloria virginis Mariae prosequendi explicat finem, nempe: illa pars Mariae in vita christiana tribuenda est, quae ei in consiliis aeternis Dei convenit. Ad quem finem assequendum, particularem orator proponit methodum a praesilibus, sacerdotibus, educatoribus in variis rerum adiunctis prosequendam, nempe: 1) Certamen propagandae mariana ubique constituatur; 2) nil aliud cum hoc certamine intendatur nisi devotione mariana integra, seu reddere Mariae quod eam secundum decreta Dei decet; 3) ante omnia fideles de veritatibus certis scientiae mariana instruantur, praesertim de iis, quae ad missionem B. Virginis pertinent; 4) praxis consecrationis sui ipsius in servitium B. Virginis quam maxime divulgetur; 5) tota vita tum individuorum cum socialis charactere mariali fulgeat, quin tamen momentum centrale Christi minuatur; 6) denique omnes qui Mariam iam utcumque cognoscunt et diligunt, totam suam vitam, omnes labores, preces, abnegationes, sacrificia, passiones necnon gaudia pro regno mariano adveniendo offerant, ea intentione suffulti, ut Maria ab omnibus cognoscatur, diligatur, honoretur imiteturque, sicut ipsam decet, et ut adveniat regnum Mariae in universum orbem.

De Virgine pauperum deque ecclesiis pauperibus locutus est R.P. Bernardus Jamin, O.S.B., collaborator in abbatia S. Hieronymi de Urbe pro editione Vulgatae, legens articulum: "La Vierge des pauvres et les pauvres chapelles".

Quamplures in viis, plateis agrisque inveniuntur capellae statu miserabili derelictae et neglectae, pro quibus restaurandis sub titulo "Virgo pauperum" orator varia affert motiva. Ad quod non solum variis articulis de hac re tractantibus motus loquitur, sed peculiarem sumit inspirationem e revelatione B. V. Mariae in pago bellico Banneux alicui parvulae, quam B. Virgo ad capellam aedificandam exhortaverit, illudque desiderium expresserit, ut in pluribus capellis fideles eam venerarentur. Nonnullae ex his capellis derelictis celeberrima sanctuaria B. V. Mariae exstant, quarum restauratio e donis a peregrinantibus congregatis minime esset insuperabilis. Quae intentio a B. Virgine in pago Banneux manifestata eo minus esset spernenda, quia iam in vita S. Francisci demonstratum est, quale emolumentum ecclesiae S. Damiani et capellae Portiunculae S. Mariae Angelorum restauratio ad vitam christianam protulerit instaurandam.

R.P. Andreas Triclot, C.M., de devotione mariali apud iuventutem hodiernam locutus est evolvens thema: "Le renouveau de la dévotion mariale chez les jeunes filles".

Media practica devotionis mariana promovendi evolvendique studio proponit orator quaestionem: estne possibile animum iuventutis feminilis convertere ad devotionem marianam? Difficultates "pessimistarum" et "optimistarum", qui dicuntur, per ordinem afferens, orator quoque ad illam pervenit conclusionem: oportet, ut B. Virgo in iuventutis formatione spirituali illam accipiat partem, quam S. Ludovicus M. Grignion de Montfort ita determinavit: Oportet Christum regnare per Mariam! Quoad media ad hunc finem obtinendum, conditiones sine quibus non, es-

sent sequentes: 1) profundius doctrinae marianae studium (pars Mariae in opere redēptionis; missio novae Evae; Protoevangeli, annuntiationis et mulieris Apoc. 12 interpretatio; partis quam B. V. Maria habet in vita christiana et apostolatu moderno elucubratio, etc.); 2) Virginis qua exempli perfecti et practici ad genus feminile elevandum et sanctificandum repraesentatio; 3) libera et voluntaria suiipsius consecratio ad vitam marianam efformandam et divulgandam; 4) servitium apostolatus secundum Mariae exemplum praestandum, prouti Maria quoque seipsam "ancillam Domini" esse fatetur.

R. Dom. Raymundus Payrière, propagandista devotionis erga Cor immaculatum Mariae, de nuntio a B. V. Maria Fatimae dato loquens, suum sermonem ita inscripsit: "La dévotion au Coeur immaculé de Marie suprême espoir du monde".

Beatissima Virgo haec in Fatima revelavit: "Deus vult Cordis mei immaculati devotionem! Cor meum immaculatum in fine triumphabit!" Quibus verbis nisus orator variis argumentis, e manifestationibus magisterii ecclesiastisi, e modo sese gerendi Summi Pontificis, f. r., e rationibus theologicis, ex evidenti divino consilio, e revelationibus animarum gratiis vitae mysticae praeditarum gravitateque conditionis internationalis sumptis, probare contendit actualitatem nuntii a B. V. Maria proclamati; omni autem studio promissa, in dicta revelatione data, sunt promerenda. Unde quam maxime optandum ut: 1) familiae Cordi immaculato B. Virginis consercentur; 2) recitatio SS. Rosarii praxisque communionis die sabbato primo mensium divulgetur; 3) sollemnitas publica festi Cordis immaculati B. V. Mariae dominica infra octavam assumptionis B. V. Mariae celebranda instauretur; 4) propagetur haec invocatio: "Cor dolorosum et immaculatum Mariae, da nobis pacem socialem et internationalem!" quae diebus dominicis post missarum sollemnia recitanda; 5) his precibus augmentum devotionis erga Cor dolorosum et immaculatum B. V. Mariae intendatur ad optatissimos fructus a B. V. Maria promissose prosequendos, triumphum scil. Cordis immaculati, conversionem omnium peccatorum, praesertim populi russici; qui quidem eventus desideratissimae pacis socialis et internationalis esset pignus.

Ultimus verbum fecit R.P. Faustinus a S. Corde, O.C.D., efficaciam S. Scapularis ad vitam marianam fovendam ostendere satagens in oratione inscripta: "De sensu intimo S. Scapularis B. V. Mariae de Monte Carmelo".

Cum Carmelus totus marianus sit, indoles mariana sacri Scapularis intime cum peculiari indole ipsius Ordinis Carmelitarum coniungitur, quae in promissione B. V. Mariae S. Simoni Anglico data fundatur: "Hoc erit tibi et cunctis carmelitis privilegium, quod in hoc (sc. Scapulari) moriens in aeternum non patietur incendium". Quae omnia recte cum Ecclesiae mente conciliantur, cum nil aliud sit, quam practica illius principii ab Ecclesia approbati et sancti applicatio: "Cliens Mariae nullus in aeternum peribit", vel alii: "Cultus Deiparae index est praedestinationis", nec timorem e spe theologica provenientem excludat, qui consideratione potentiae, misericordiae et fidelitatis B. M. Mariae sat compensatur. Cae-

teroquin essentia devotionis Scapularis in tota et perpetua suiipsius consecratione consistit servitio Dei eiusque Matris, prout Pius papa XII, f. r., in litteris 11 februarii 1950 omnibus fidelibus commendavit, quos Cordi immaculato consecraverat. Peculiares praeterea fructus huius salutiferae devotionis sunt: manu ducimur per Mariam ad cor christianismi, spe vitae aeternae fovemur, gratuitatem salutis confitemur, humilitate imbuimur, ad perseverantiam finaliem exhortamur et ad virtutes christianaee perfectionis allicimur.

C. - VARIA SOLLEMNIA

Tempore congressus mariani, id est diebus 29-31 octobris, ritus sacri, supplicationes, demonstrationes pietatis atque devotionis locum habuerunt. De quibusdam ex hisce sollemnibus breviter hic loquemur, idque imprimis de sacro convivio fidelibus utriusque sexus dato, deinde de conventu generali ex una parte institutorum religiosorum, altera vero ex parte cleri tum dioecesani tum regularis, et denique de significatione devotionis marialis ad Colosseum et ad S. Mariam Maiorem.

I. - De conventu utriusque sexus fidelium ad Christi Domini Corpus participandum

Ad epulum eucharisticum die 29 octobris, die festo Christi Regis, omnibus populi coetibus impertiendum duae basilicae mariales Urbis selectae erant: S. Maria in Aracaeli et S. Maria Angelorum; prior pro virili, altera vero pro femineo sexu.

Itaque, die 29 in basilica S. Mariae in Aracaeli, pro hac occasione festivo modo adornata, hora 8 mane, convenerunt iuvenes hominesque Actionis Catholicae aliarumque associationum catholicarum necnon alii fideles. Sanctam missam celebravit E.mus Dom. Clemens card. Micara, S. Congr. Rituum praefectus, dum ad altare inserviebant iuvenes studentes Pont. Athenaei Antoniani de Urbe, et ad organum selectas cantunculas artis musicae perite perficiebant. Ad caeleste convivium dignius recipiendum fideles adhortationibus et allocutione opportuna ipsem E.mus P. Pacificus M. Perantoni, O.F.M., minister generalis, parabat. Dona caelestis convivii populo fideli imprimis ipsem E.mus Princeps Ecclesiae manu sua porrigeret incepit.

Eodem tempore ad basilicam S. Mariae Angelorum conventum celebravit pius fidelium sexus et imprimis puellae ac mulieres Actionis Catholicae. Dum E.mus Dom. Ioseph card. Pizzardo, S. Congr. de Seminariis et Studiorum Universitatibus praefectus, missam celebraverit, sacerdos Actionis Catholicae sacros ritus adstantibus explicavit, potissimum de relatione inter Eucharistiam et beatissimam Virginem existente sermonem faciens. Ad evangelium ipsem E.mus Princeps pulcherrimam allocutionem habuit, exponendo quomodo unius Virginis talis fuit vita, ut omnibus posset esse disciplina: virtutes almae Sociae Christi enumeravit, adstantes, potissimum vero iuventutem catholicam femineam, invitando ad illas imitandas.

Quod vero attinet ad vocum nervorumque cantum omnia tempestive et maxima sollicitudine apparavit Ill.ma Dom. Alda Miceli cum Ill.ma

Dom. Ioanna Tudisco aliisque ex consilio centrali Actionis Catholicae Italicae feminae, ita ut ritui sacro peculiarem notam imprimenter cantus suavi levique voce perfecti, dum organum pulsaret notus musicus R.P. Alexander Santini, O.F.M.

In istiusmodi rerum adiunctis paratae omnes fere adstantes magno numero puellae mulieresque sancta de altari libaverunt, et, angelorum pane enutritae, quamplurimae neque ad domum reversae sunt, sed usque ad horam 11 in ipsam basilica vel prope, sollemnem inaugurationem congressus mariani, de qua supra locuti sumus, expectabant.

2. - Conventus institutorum religiosorum necnon cleri dioecesani et regularis

Dum mane diei 29 octobris habitus sit conventus omnium utriusque sexus fidelium, mane diei sequentis, scilicet 30 octobris, conventus institutorum religiosorum, et mane diei 31 conventus cleri tum dioecesani tum regularis habitus est, idque in basilica S. Mariae in Capitolio seu basilica aracaelitana. Itaque, mane diei 30, hora 8, ad hanc spatiostam ac historicam mariannam basilicam pervenerunt varia ac magno numero quae in Urbe exstant instituta religiosa feminea cum iuventute curae earundem commissa. Res mira: unum post aliud in Ecclesia adstabant varia instituta religiosa feminea propriis notis distincta et in laudibus marialibus extollendis aemulantia. Sanctam missam celebravit atque communionem generalem distribuit Ex.mus Dom. Aloysius Traglia, archiep. tit. caesariensis in Palaestina et vicesgerens Urbis dignissimus. .

* * *

Neque minus admirandum spectaculum quod die sequenti eadem hora basilica aracaelitana exhibebat, dum cleris dioecesanis et regularis devotissime horam adorationis coram Sanctissimo in altari maiori lucibus floribusque mirabiliter lucescente peragebat.

Huic sollemnissimae caerimoniae praefuit ipsemet E.mus Dom. Clemens card. Micara, praesentibus diversis Ecclesiae praesulibus atque ordinum religiosorum supremis moderatoribus necnon numeroso clero, potissimum ex variis collegiis, athenaeis atque universitatibus, quae diebus 30 et 31 octobris ferias agebant, dum quaedam athenaea, ut, e.g., Pont. Athenaeum Lateranense, Pont. Athenaeum Antonianum, etc. iam inde a die 23 otium a magistris auditionibusque in scholis habuerunt, ut possent sessionibus congressus mariologici interesse.

Schola cantorum Pont. Athenaei Antoniani et Congregationis Sacramentinorum cantiunculas eucharistico-marianas peragebat, magistro R.P. Alejandro Santini, O.F.M., moderante. Ad altare inserviebant clericis Congregationis Sacramentinorum, moderante R.P. Joseph Missaglia, S.S.S., secretario comitatus permanentis pro congressibus interna-

tionalibus eucharisticis celebrandis. Ex.mus Dom. Alphonsus De Sanctis, ep. tudertinus, praeses congressum eucharisticorum nationalium in Italia, elevatis verbis adstantes ad amorem erga Iesum, captivum amoris, natum ex Maria virgine, incitabat. Ad finem E.mus Dom. Clemens card. Micara trinam benedictionem impertivit.

*3. - Significatio devotionis marialis ad Colosseum
et ad S. Mariam Maiorem*

Die 29 octobris, vespere, hora sexta, apud clarissimum vetusque monumentum quod "Colosseum" nuncupatur, tot martyrum sanguine irrigatum, peculiaris ritus marialis, qui nomine "Hora Mariae" insignitus est, locum habuit. Haec autem sollemnia mariana moderatores Actionis Catholicae Italicae (Ill.mus Dom. Carolus Carretto et Ill.ma Dom. Alda Miceli) paraverunt. Luminibus festis sub noctem integrum spatiolum aedificium una cum aedificiis ac plateis viisque adiacentibus munitum erat. Cum autem iam antea tum diaria Urbis tum peculiares tabulae nuntiaque varia diffuderunt notum oratorem R.P. Richardum Lombardi, S.I., sermonem habiturum ad animos parandos pro sollemnibus diei 1 novembbris, immanni multitudine fidelium omne fere spatium intra et prope Colosseum refertum erat: quamplurimi adstabant archiepiscopi ac episcopi, ordinum religiosorum supremi moderatores, universitatum rectores magnifici, illi qui in congressu mariano partem habuerunt simul cum peregrinis, qui pro sollemnibus definitionis pervenerunt, necnon magna multitudine civium Urbis permixti. Varia megaphonia posita erant ad sacrum ritum inter tantam multitudinem differendum.

Imprimis recitatum fuit sacrum Rosarium atque variae cantiunculae peractae sunt. Deinde ad microphonium accessit Ex.mus Dom. Ioannes Urbani, Actionis Catholicae Italicae assistens generalis, ad introductorya verba proferenda. Denique magno omnium clamore atque plausu salutatus ad parietis partem Colossei ascendit R.P. Richardus Lombardi, S.I., qui per spatium plus quam unius horae pulchre locutus est. Eius orationem integrum in volumine acta congressus mariani complectente afferemus. Hic autem quaedam tantum perstringimus:

Christi Domini missio in luce e tenebris proferenda a S. Ioanne evangelista assignatur, seu in testimonio de veritate danda, quam lucem tamen tenebrae non comprehendentunt. Eandem acceperunt lucem apostoli, quibus Christus praecepit dedit lucem fieri mundi eundique in universum mundum ad docendas omnes gentes. Uni vero ex ipsis dixit: "Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam... et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos... Pasce oves meas!". Cui praecepto fideles, apostoli ardentissimo zelo lucem circumferre satabant, veritatem contra errores indefessa fortitudine et constantia praedicando. Ecclesia Christi summique pastores hanc missionem continuant, qui, historia teste,

lumen nunquam sub modio ponebant et hoc lucem proferendi studiis permoti veritates a Deo revelatas sollemniter ut dogma definire in delectu habent. Nam etiam hodie tenebris circumdamur in principali de valore hominis quaestione: quid sit homo? Et dum aliqui respondent, quod sit cogitatio seu intelligentia; alii, quod corpus; alii, quod vita; item alii, quod deliciarum paradisus, Deus lucem caelestem ad dissolvendas tenebras accedit, cum in novo assumptionis corporeae B. V. Mariae in caelos dogmate illam extollit mulierem, cuius amictus est sol, quae praedestinata est esse Mater Dei. Mater Dei! O, ineffabilem dignitatem! Immaculata, quia Mater Dei! Christo in opere redemptivo associata, quia Mater Dei! Et assumpta, quia Mater Dei! Ecce, quomodo lux in tenebris lucet: quanti sit valoris homo, Virgo ad caelos corpore assumpta demonstrat; cuius corporis, una cum Christi corpore, gloriosa resurrectio et assumptio nostri quoque corporis resurgendi spes et pignus evasit. At, dum populus romanus spectaculum factus est mundo et angelis occasione proclamationis dogmatis de assumptione gloriose Virginis, quosnam seipso magis praeparare decet ad novam comprehendendam lucem, quam romanos?! Expurganda ergo sunt corda a peccatis tenebrosis, et puro corde et firma fide exemplum romani universo orbi christiano praebeant; ut, dum viae ac plateae domorumque nostrarum fenestrae luminibus collucebunt, mentes quoque nostras lux Christi affulgeat.

Tempore orationis plures multitudo in iubilum prorupit et potissimum omnes verba quae referebantur ad "Papam Assumptionis" ovantes ac gratulantes exceperunt! Canticis marialibus dum perantiquum aedificium resonabat, christifideles, iucunde de hac pulcherrima significacione mariali sermocinantes, e Colosseo discedebant.

* * *

At, si peropportune dispositum erat, ut una pars programmati congressus mariani ad Colosseum locum haberet, fieri sane haud poterat, quin hic congressus saltem semel in ipsam celeberrima basilica S. Mariae Maioris ritum sacrum perageret. Id autem factum est die 30 octobris, vespere hora quinta. Postquam recitata fuerunt Rosarium, litaniae lauretanae aliaeque orationes mariales, E. mus Dom. Adeodatus Ioannes card. Piazza, S. Congr. Concistorialis secretarius, pro sua erga B. Virginem pietate orationem gravem et magnificam atque incitatam habuit.

Cum integrum hanc ornatam orationem una cum aliis orationibus congressus mariani peculiari in volumine typis mandabimus, hic sufficiat tantum quaedam afferre:

Valde gaudendum in Domino ob gratiam singularem proximae definitionis dogmaticae mysterii assumptionis B. V. Mariae. Inter Mariam enim fidemque nostram intimae et necessariae relationes existunt, quae quadruplici sub aspectu considerandae sunt. In vita mortali beata Virgo nobis "speculum fidei" se ostendit; privilegia eiusdem, a Deo revelata (maternitas, virginitas, immaculata conceptio, assumptionio, etc.), velut "symbolum fidei animatum" constituunt, quatenus in hoc

symbolo synthesim omnium veritatum revelatarum inveniamus oportet, ita ut qui mysterium Mariae admittat, necesse est ut totum "Credo" catholicum accipiat, et econtra; in evolutione historica eius missionis specialis Maria est "Mater et custos fidei"; tandem, in actuali momento est "Turris et propugnaculum fidei". Contra hodiernum enim materialismum atheum et boni socialis eversivum, contra absurdam existentialismi philosophiam, quae spem vitae aeternae negat, contra neopaganismum hedonisticum necnon contra modernismum redivivum, nuper in litteris encyclicis *Humani generis* confusum et damnatum, verba infallibilia Pii XII sollemniter proclamabunt beatam Virginem in corpore et anima assumptam esse in caelum ut "signum magnum" novae aetatis Ecclesiae et instaurati Christi Domini imperii.

Una cum illis qui ad congressum marianum pervenerunt in eoque partem habuerunt miscebantur innumerabiles fere turmae fidelium quae ex variis regionibus ad lucrandum iubilaeum maximum in Urbem advenerant.

E.mus Dom. Alfridus Ildephonsus card. Schuster, archiep. mediolensis, in fine benedictionem eucharisticam impertivit.

Turmae fidelium caneabant et psallebant variis in linguis in basilica luminibus festis mirabiliter collucente.

* * *

Praeter hic enumerata sollemnia alia quoque habita sunt occasione congressus mariani, quae variae sectiones, ut, e.g., Dominicanorum, Servitarum, Sacramentinorum, Clericorum Regularium a Matre Dei, etc., paraverunt. Neque silentio praeterire possumus, quod die 1 novembris, vespere hora nona, in aula maxima "Maria Assunta" Pont. Athenaei Antoniani, visio cinematographica exhibita est pro participantibus congressui mariologico-mariano.

* * *

Demum, signare liceat occasione congressus mariani fuisse peculiare carmen in honorem almae Sociae Christi in caelum anima et corpore assumptae compositum atque in variis sollemnibus cantatum. Verba fecit R.P. Gerardus Micciolo, O.F.M., et musicis notis cantum exceptit R.P. Alexander Santini, O.F.M. En versus huius carminis insimul cum notis musicis:

INNO POPOLARE ALLA VERGINE ASSUNTA IN CIELO

Musica di
P. A. SANTINI O.F.M.

Parole di
P. G. MICCIOLI O.F.M.

Maestoso e solenne

Be...co sal dall'a...mo.re so.sprin.ta in un

un.bi.ne ful.gi.so d'a li, di m.u.premma rit.

to.nia re:cin.ta l'illi.ha.ta co.lomba dia.

mor!

D.Ne... gne depliungeli as.

Più Lento

assunta sopra i Cori dona la pace ai cuori e guidaci lassù.

sù dona la pace ai cuori e guidaci lassù!

Ecco sal dall'amore sospinta
 In un turbine fulgido d'ali
 Di suprema vittoria recinta
 L'illibata colomba d'amor.

(Ritornello) O Vergine degli Angeli
 Assunta sopra i Cori
 Dona la pace ai cuori
 E guidaci lassù.

Vincitrice del serpe infernale,
 Con Gesù nei destini congiunta,
 Della morte l'artiglio fatale
 Preme e infrange col vergine piè.

Ritornello

O mortali, mirate nel sole
 Come ascende e sfavilla Maria,
 Ecco incontro alla Madre la Prole,
 Ecco il Padre, lo Sposo divin.

Ritornello

Vieni, Madre: alla destra riposa;
 Vieni, Figlia: e col Figlio tuo regna;
 Vieni, bianca, dolcissima Sposa,
 Alle nozze d'eterno gioir.

Ritornello

E le angeliche squadre osannanti
 Corteggiando l'augusta regina
 Della terra, dei cieli, dei Santi
 Sciolgono l'inno che fine non ha.

Ritornello

Madre santa, nel secol feroce
 Per la fame dei beni fallaci
 Ci rammenta di Pietro la voce
 Il destino comune con Te.

Ritornello

Madre bella, alla destra del Figlio,
 D'onde estendi l'impero d'amore,
 Il soggiorno ci appresta, e l'esiglio
 L'ansia abbelli d'unirci con Te.

Ritornello

Madre cara, al tuo lucido manto
 Tutti avvinti aneliamo salire
 Ove tutto già spiega l'incanto
 La corporea tua diva beltà.

Ritornello

III.

CONCLUSIONES ET VOTA CONGRESSUS MARIOLOGICI-MARIANI

*
Ut ex iis quae retulimus licet eruere, diebus 23 ad 31 octobris et a variis sectionibus et a singulis theologis tum in mariologico cum in mariano congressu haud pauca vota proposita et examinata sunt, quae quidem fere omnia hic referuntur et in primis vota quae sua fecit congressus mariologicus, deinde quae sua fecit congressus marianus, tertio demum quae a sectionibus vel a privatis proposita fuere.

A. - VOTA CONGRESSUS MARIOLOGICI

- 1) Cum personalia B. V. Mariae attributa praecipua: divina mater-nitas, perpetua virginitas, immaculata conceptio, corporalis assumptio sint iam dogmatice definita, hoc est adhuc in fidelium votis, ut dogma-tice quoque definiatur: B. V. Mariam Christo Servatori in operanda humana salute esse intime sociatam, ideoque veram existere in redemp-tionis opere cooperationem, itaque spiritualem esse hominum matrem, omnium gratiarum deprecaticem et administratam, uno verbo univer-salem Dei hominumque mediaticem.
- 2) Ut sollemniter proclametur regalitas Mariae festumque proprium liturgicum instituatur.
- 3) Ut in tractationibus dogmaticis studium instauretur de habitudine B. V. Mariae ad Eucharistiam.
- 4) Ut ex rituali precum marialium apud Orientales in genere, sed et ex liturgiis de dormitione et assumptione in specie, selecta florilegia in linguas Occidentalium traducantur ad fovendum unionis opus sub pra-eudio Matris Dei et hominum .
- 5) Ut ad congressus mariologicos-marianos universo orbe rite consti-tuentos "Comitatus Internationalis Congressibus Marianis Internationa-libus Instituendis" (Academiam Marianam Internationalem aliasque So-cietates Mariologicas ad rem aptando) Romae instauretur.
- 6) Ut in singulis nationibus Societas Mariana constituatur necnon Bi-bliotheca Mariana scientifica cuius aditus omnibus pateat.
- 7) Ut quam maxime diffundatur inter laicos studium mariologiae et opus ad hoc compiletur fidelibus cuiuslibet status et eruditionis gradus aptum.

8) Ut anno 1954, recurrente centenario ab immaculatae conceptionis proclaimato dogmate, congressus II mariologicus et IX marianus internationalis celebretur.

B. - VOTA CONGRESSUS MARIANI

1) Ut litanis lauretanis invocatio "Regina mundi" inseratur invocationique "Regina sine labe originali concepta" addatur: "Regina in caelum assumpta".

2) Ut impetretur a Summo Pontifice extensio ad universam Ecclesiam festi B. V. Mariae omnium gratiarum mediaticis.

3) Ut quae in doctrinis Summorum Pontificum et sacrae theologiae de B. V. Mariae praedicantur ad vitam quoque interiorem sedulo applicentur.

4) Ut in exponendo curriculo vitae B. Virginis ratio habeatur de praesentia eiusdem in coena Domini; ut in habitudine Mariae ad Eucharistiam illustranda tum asceticae cum pastoralis scientiae cultores operam diligentem navent; ut christifideles ad Eucharistiam, vitae supernaturalis centrum, facilius pertrahant; ut artium cultores nostri aevi, novo animo maioreque in dies alacritate, necessitudinem inter Deigenitricem et Eucharistiam in suis operibus exprimant; ut foveatur cultus erga Dominam Nostram SS. Sacramenti novis textibus in sacram liturgiam insertis; ut agnoscatur ab omnibus formula a beato Eymard proposita et a Pio papa X approbata: "Domina Nostra SS. Sacramenti" tanquam huius devotionis nota distinctiva.

5) Ut consecratio immaculato Cordi Mariae quotannis renovetur et quam maxime divulgetur.

6) Ut festum liturgicum B. V. Mariae "Auxilium Christianorum", in diem 24 maii diversis institutis et regionibus concessum, ad universam extendatur Ecclesiam.

7) Ut radiophonicae ex Vaticano transmissiones quotidie, vespere hora magis apta, christifideles adunent ad SS. Rosarium B. V. Mariae vernaculis linguis recitandum.

C. - VOTA SIVE A SECTIONIBUS PARTICULARIBUS SIVE A PRIVATIS PROPOSITA

1) Ut mutetur officium et missa S. Mariae mediaticis omnium gratiarum: beata enim Virgo non est mediatrix ad Mediatorem, sed ad Deum (R. Dom. Ioseph Lebon).

2) Ut cultus assumptionisticus in praxi fidelium variis in exercitiis et institutis vigens ethnographica investigetur methodo (Dom. Ioannes B. De Angelis; quoad totam pietatem marianam sectio hungarica).

3) Ut in florilegio assumptionistico quod congressus mariologicus in votis habet exarandum ex variis liturgiis et ritibus oblivioni non detur ritus ecclesiae metropolitanae zagrebiensis, in quo ignoti, at magni momenti textus assumptionistici prostant (Sectio croata).

4) Ut hodiernae orationi in die assumptionis substituatur illa ex Sacramentario Gregoriano: "Veneranda nobis, Domine..." (Quidam sacerdos).

5) Ut post dogmaticam definitionem assumptionis novum officium liturgicum apparetur, quo partes propriae mysterium spectantes uberius exprimantur (Sectio franciscana).

6) Ut petatur ab Apostolica Sede indultum speciale pro tota Ecclesia, ut quoquo mense, die 15, missa votiva tanquam pro re gravi cani vel legi possit, ad normam et cum indulgentiis ut pro primis sextis feriis uniuscuiusque mensis, de assumptione B. V. Mariae (Ex.mus Dom. Carolus Saboia Bandeira de Mello).

7) Ut fiat in universo mundo "propaganda" pro Hora Mariali eo sensu, ut quoquo mense, die 14 et hora serotina, devotio ad B. V. Mariam in omnibus ecclesiis instituatur, ad instar devotionis horae sanctae, quae habetur ante primam sextam feriam mensium (Idem).

8) Ut ab Apostolica Sede doctori Ecclesiae S. Antonio alter titulus donetur, scil. "Doctor gloriae", qui speciale relationem exprimat ad ea quae Doctor Evangelicus fecerat et docuerat ad explanandam viam dogmati assumptionis (Idem).

9) Ut in omnibus universitatibus catholicis et facultatibus theologicis cathedra mariologica, ubi caret, instituatur (Sectio Commissionis Marialis Franciscanae Internationalis).

10) Ut catechismus marianus popularis quam primum conficiatur (E.mus Dom. Iacobus Carolus card. McGuigan; sectiones Commissionis Marialis Franciscanae Internationalis, mercedaria, croata; R.P. Emvinus Busutil).

11) Ut Societas Mariana Italica fundetur (R.P. Ioseph Filograssi).

12) Ut in animis instauretur plena fiducia et sincera integra consecratio filiorum in manibus Matris Dei iuxta proxim a S. Ludovico M. de Montfort divulgatam (Sectiones montfortanae, servita et carmelitana).

13) Ut ad cultum immaculati Cordis B. V. Mariae augendum: pia praxis mariana expiatoria divulgetur (R.mus P. Pacificus M. Perantoni); post unamquamque missam recitetur: "Cor Mariae immaculatum, intercede (vel: ora) pro nobis!" (Sive addatur ter post invocationem: "Cor Iesu sacratissimum...", prout sectio belgo-hollandica et R. Dom. V. Balčunas proponunt; sive ad unumquodque "Ave Maria" adiungatur, ut quidam sacerdos polonus scribit; sive invocatione: "Cor Iesu sacratis-

simum..." ad semel tantum reducta, immaculatum Cor quoque semel invocetur, ut R.P. C. Stano — qui caeterum contrarius est, ut haec invocatio introducatur — suadet); consecratio Cordi immaculato Mariae, coniunctim cum illa Cordi Iesu, in fine missae per formulam: "Dominare nostri, o Maria, tu et Filius tuus!" perficiatur (R. P. Joseph Hupperts); sacrae communionis quinque primorum sabbatorum mensis exercitium necnon consecrationis familiarum immaculato Cordi Mariae quam maxime commendetur (Sectio claretiana); Russia Cordi Mariae sollempniter consecretur (Quidam sacerdos); inter preces reparatorias: "Benedictus Deus" inseratur: "Benedictum suum Cor immaculatum!" (Sectio claretiana) et: "Benedicta sua sancta assumptio in caelum" (Quidam sacerdos).

14) Ut templum monumentale quod alacriter construitur in regione Urbis "Monti Parioli" declaretur a Summo Pontifice templum consecrationis, reparationis et pacis (Sectio claretiana).

15) Ut imago sacra Matris de Perpetuo Succursu declaretur ex officio "Imago unionistica" et Perpetui Succursus Mater item declaretur a S. Sede "Patrona Sanctae Unionis"; ut in litaniis lauretanis post invocationem: "Mater boni consilii" liceat omnibus et ubique terrarum addere: "Mater de Perpetuo Succursu, ora pro nobis!"; ut numerosissimi cultores B. V. Mariae in hac sacra imagine et sub hoc titulo venerata data occasione moneantur, ut multum "pro accelerato reditu fratrum dissidentium" orent (Sectio redemptorista).

16) Ut sollemnitas praesentationis B. V. Mariae in institutis iuventuti excolendae dicatis restauretur (Dom. Ioannes B. De Angelis).

17) Ut Domina Nostra Lauretana aviatorum et in aere itinerantium patrona esse agnita sit etiam extra Italiam (Domina V. A. Cools).

18) Ut devotio trium "Ave Maria" pro infirmis fusius divulgetur, in aulis aegrotantium "Angelus" mane, meridie et vespere praeoretur ipsisque infirmis numismata "Salus infirmorum" vel "Mater agonizantium" inscripta distribuantur similibusque pietatis actibus eisdem succurratur (R.mus P. Marius Vanti).

19) Ut consuetudo "Angelus" recitandi sub titulo "Angelus pacis" praecipue divulgetur (Domina V. A. Cools).

20) Ut in perpetuam definitionis assumptionis B. V. Mariae memoriam necnon ad cyclum calendarii marialis complendum parique momento librandum, festum septem gaudiorum B. V. Mariae, Ordini Fratrum Minorum concessum, ad universam extendatur Ecclesiam, quo fideles ad dolores vitae quotidianae patienter tolerandos tentaminaque "pessimismi" praestantius devincenda apte excitentur (R.P. Ioannes Fr. Bonnefoy).

- 21) Ut ordo nobilissimorum equitum regimarianus ad instar "Supremi Ordinis Christi" instituatur et a "Maria regina mundi in caelum assumpta" nomen sumat pro ecclesiasticis et laicis omnis status vitae in re mariana benemeritis praemiandis (R.P. Angelus Campanale).
- 22) Ut in precibus ad reparandas blasphemias recitandis inseratur: "Benedetto il Papa, il dolce Cristo in terra!" vel huiusmodi invocatio prout congressui melius placuerit (R. Dom. Carolus Grasselli).
- 23) Ut ad apostolatus mariani moderni exemplum dandum thesauri valore artistico carentes qui aedes marianas vel sanctuaria quaelibet diant, attentis rerum tristissimis adiunctis, pauperum, modo autem speciali puerorum derelictorum, necessitatibus sublevandis impendantur opera assistentiae materialis et spiritualis apud singula sanctuaria mariana instituendo, ubi desunt, vel accrescendo (Sectio univ. intern. "Pro Deo").

IV.

DE EXPOSITIONE PETITIONUM PRO VERITATE ASSUMPTIONIS
B. V. MARIAE DOGMATICE DEFINIENDA AD SANCTAM SEDEM
DELATARUM

Pius papa XII, gloriose regnans, statim ab initio constitutionis apostolicae *Munificentissimus Deus* sermonem facit de petitionibus pro assumptione B. V. Mariae in caelum dogmatice definienda ad Sedem Petri delatis non modo a singulis christifidelibus, verum etiam ab iis "qui nationum vel ecclesiasticarum provinciarum quasi personam gerunt", describendo quomodo temporum decursu "huiusmodi postulationes et vota, nedum remitterent, cotidie magis et numero et instantia succrevere", et quomodo, ad Summi Pontificatus solium evectus, "supplicationes eiusmodi ad millia bene multa ex quavis terrarum orbis parte et ex quovis civium ordine" in conspectu habens, peculiares normas ediderit iubendo ut omnes petitiones colligerentur accurateque perpendicularerentur. Tanquam fructus huius laboris in lucem prodierunt duo illa magni ponderis volumina, quae inscribuntur: *Petitiones de assumptione corporea B. V. Mariae in caelum definienda ad Sanctam Sedem delatae*, Typis Polyglottis Vaticanis 1942, curantibus RR.PP. Henrich - De Moos, S.I.

Si itaque in hisce aliisque, a R.P. Gulielmo Henrich, S.I., potissimum editis, lucubrationibus origo et numerus petitionum, de quibus sermo, cognosci poterat, valde pauci erant quibus datum fuit istiusmodi petitiones, in secreto S. S. Congr. S. Officii archivo conservatas, oculis videre et ita testes fieri illius curae amorisque quo plurimae earum summa cum arte affabreque exaratae fuerant.

Quapropter ab omnibus rei mariana cultoribus summo cum plausu magna laetitia receptum est nuntium, quod Ex.mus Dom. Alfridus Ottaviani, S. S. Congr. S. Officii adsessor, R. P. Carolo Balió, Academiae Marianae Internationalis praesidi, dederat, Sanctissimum Dominum scilicet libentissime permisisse, ut originalia ipsa petitionum ex archivo S. Officii extraherentur et occasione congressus mariologici-mariani palam exhiberentur.

Ad quem finem obtainendum tum laudato dignissimo S. Officii adssori tum R.P. Gulielmo Henrich, S.I., eiusdem archivi S. Officii diligentissimo conservatori, aptissima visa est aula nova, ad nullum finem eousque adhibita, in ipsomet Pont. Athenaeo Antoniano, prope sedem

congressus mariologici-mariani et contiguam aulae maximae "Maria Assunta" nominatae, in qua congressus mariologicus suam conclusio-nem habere debuerat quaeque electa erat tanquam sedes congressus mariani.

Ad expositionem itaque rite parandam destinatus est R.P. Vigilius Pitscheider, O.F.M., qui mediis necessariis ab Ordine Fratrum Minorum, tramite oecono-mo generali Ordinis, R.P. Dominico Mandić, obtentis, munus sibi concreditum feliciter et ad universalem satisfactionem ad finem perduxit, in tantae molis opere coadiuvatus potissimum a R.P. Thoma Bärnthaler, O.F.M.

* * *

Expositio inaugurata est vespere diei 28 octobris continuo post conclusionis congressus mariologicci internationalis sollemnitatem. Nam omnes conclusioni praesentes auctoritates ex aula magna "Maria Assunta" ad aulam contiguam se contulerunt, ut expositionem visitarent. Omnes et documentorum expositorum pulchritudinem extulerunt et intelligentem laborem ordinemque expositionis admirati sunt.

* * *

Etiam brevissimus de varietate documentorum expositorum conspectus sufficeret ad universalem Ecclesiae catholicae circa corpoream B. V. Mariae assumptionem fidem demonstrandam. Primo enim intuitu clarum erat petitiones ex universo catholico orbe in expositione praesentes esse. Nonnulla tantum documenta una cum descriptione generali materiae expositae hic afferre liceat.


Ambitum ingressus ex parte dextera duo vitrea muro affixa longitudinis 5 metrorum decorarunt, in quibus petitiones cardinalium Suhard, archiep. parisiensis, Faulhaber, archiep. monacensis, Spellman, archiep. neoeboracensis, McGuigan, archiep. torontini, et Hlond, archiep. var-saviensis, necnon Ex.mi Dom. Alexandri Vachon, archiep. ottaviensis, et Ex.mi Dom. Ioseph Uđićić, archiep. belogradensis, qui nomine omnium episcoporum ex Croatia, Slovenia et Serbia scripserat, videbantur.

Non absque commotione omnes invisebant petitiones duorum nostrarum religionis confessorum, illas nempe E.mi Dom. Ioseph card. Mindszenty, archiep. strigoniensis et primatis Hungariae, et Ex.mi Dom. Ioseph Beran, archiep. pragensis.

In atrio aulae expositionis, duabus legilibus foliis volubilibus instructis circa 50 petitiones variarum orbis academiarum, universitatum, athenaeorum, facultatum theologicarum congressuumque exhibitae sunt, in quibus preces solidissimis rationibus theologicis suffulta legebantur. Admirari



87. - R. P. Vigilius Pitscheider, O.F.M., expositionis petitionum,
in Pont. Athenaeo Antoniano constitutae, ordinator



88. - R.mus P. Pacificus M. Perantoni, una cum R. P. Carolo Balió et Ill.mo Dom.
Carassi, novae aulae ubi expositio adest constructoris, expositionem petitionum sua
praesentia honestat



89. - Pars aulae expositionis




90. - Petatio Ex.mi Dom. Juan Perón, praesidis Reipublicae Argentinae, ad Summum Pontificem delata, qua petuit ut Anno Sancto 1950 nota mariana, si fieri potest, dogmatica definitione assumptionis imprimeretur



91. - Imago Mariae
"Salus populi romani"
immediate ante pro-
cessionem in basilica
S. Mariae in Aracaeli

Immensa multi-
fidelium proces-
- participantium
e basilicam et
Capitolium





93. - Ex.mus Dom. Antonius Giordani, ep. tit. myndiensis,
processionem memorabilem ducit

hic licuit petitionem E.mi Dom. Ioseph card. Pizzardo, S. Congr. de Seminariis et Studiorum Universitatibus praefecti, Pont. Athenaeorum Lateranensis, Antoniani, Angelici, Pont. Univ. Gregoriana, Pont. Academiae de Immaculata, Pont. Instituti Biblici et Orientalis, Pont. Facultatum Theologicarum O.S.B., O.F.M. Conv. et O.C.D., Pont. Athenaei S. Leopoldi (Brasilia), Pont. Athenaei Kandyensis (Ceylon), Institutorum Catholicorum Lutetiae Parisiorum et Andegavi, universitatum catholicae mediolanensis, salisburgensis, beyruthensis (Libanon), nijmegensis (Hollandia) et dublinensis (Hibernia), facultatum theologicarum fuldensis, paderbornensis, dillingensis, ausstettensis (Germania), maastrichtensis, chicagiensis, granatensis (Hispania), Collegii theologici Zi-Ka-Wei (Sinae), etc.

In planicie eiusdem atri in vitreis 3 metrorum petitiones capitulorum et supremorum moderatorum ordinum et congregationum religiosarum, in quibus scientifice expositae inveniebantur rationes quae et proclamacionem dogmatis assumptionis et eius opportunitatem postulabant. In hac parte specialem attentionem petitiones magna cum peritia artistica in membranis exaratae provinciarum franciscanarum venetae et hungaricae S. Mariae meruerunt.

In ipsa ampla et splendida aula series vitreorum muro per totum circuitum aulae affixorum, quae, 40 metra longa, circa 150 petitiones magna cum varietate pictas continebant, statim visitatoris attentionem attrahebat. Ad diversas nationes pertinebant et maxima ex parte erant membranae figuris sacris et motivis artisticis nationalibus decoratae, ita ut valorem etiam artisticum expositioni praeberent. Inter omnes nationes certe eminebat Hispania cum plusquam 60 membranis, et inter has pulcherrimae utique erant petitiones ab auctoritatibus religiosis et civilibus civitatis Valentiae delatae.

Sufficiat nominare illas studii theologici provinciae franciscanae S. Mariae in Hungaria, seminarii strigoniensis, facultatis theologicae Budapestinae, capituli metropolitani barolensis, collegii theologorum Neapoli, Oblatorum Missionariorum Mariae Immaculatae (Roma), Fratrum Minorum Capuccinorum ex Hispania, collegiorum femininorum Matriti, Barcinone et Fuenterrabia, seminarii leonensis in Mexico, ecclesiae catholicae Constantinopoli, exarchatus rumeni in Asia minori. Omnium admirationi erant petitio lingua arabica exarata collegii badgadensis et illae ex variis partibus Sinarum, lingua sinica scriptae.

In plano aulae triplici in ordine 13 transennae, longitudinis 32 metrorum, dispositae erant, in quibus magnus numerus petitionum conspici potuit. In prima inveniebantur volumina RR.PP. Henrich-De Moos, ex quibus expositum erat folium statisticam petitionum in voluminibus contentorum exhibens. Deinde 2 alba 3.000 foliorum complectentia aspici po-

terant, in quibus petitiones a comitatu assumptionistico veronensi collectae inveniebantur, petitiones plusquam mille episcoporum italicorum et exterorum. Subscriptiones hic aderant cardinalium Lépicier et Schuster insimul cum illa invicti fidei christiana confessoris, Ex.mi Dom. Aloysii Stepinac, archiep. zagrebiensis et primatis Croatiae. Valde laudata collectio petitionum pastorum et fidelium dioecesis gaudiensis (Malta).

In duobus transennis exposita erant circa 100 volumina, folia, membranae in quibus petitiones dioecesium Italiae inveniebantur. Speciali mentione digna 4 magna volumina petitionum ex Istria et 12 volumina petitionum a Bartholomaeo Longo collectarum.

In transenna ex adverso volumina vel singulae petitiones aderant, quae ex Austria, Germania, Helvetia, Belgio et Hollandia pervenerunt. Conspici hic potuit prima omnium, quae ad S. Sedem pervenerunt petitionum, a R.P. Caesario M. Shguanin, O.S.M. (1692-1769) ad Clementem XIII missa, quaeque inventa fuit a R.P. Gabriele Roschini, O.S.M., in archivo generali Ordinis Servorum Mariae. In ulteriore transenna petitiones ex Croatia, Hungaria, Polonia, Romania, Boëmia et Slovachia missae dispositae erant.

Deinde transenna specialis continebat petitiones ex Gallia, Syria, Anglia, Hibernia et Statibus Foederatis Americae septentrionalis, quae etsi externe absque pretiosis ornamentis inveniebantur, argumentorum copia ad assumptionem petendam divites erant.

Sequebatur transenna Hispaniae et Lusitaniae dedicata, qua pulcherrimi et ditissimi codices petitionum complectebantur. Aliqui codices clausi dispositi erant, ut admirari liceret patientem laborem in ornandis codicium ligaturis auro et diversissimis figuris; alii aperti remanserunt, ut scripturam et membranas, quae cum antiquis membranis librorum choraliū contendere potuerunt, conspicere liceret. Nonnullos tantum afferre liceat: duos codices civitatis hispalensis (Sevilla) ex anno 1900; codicem dioecesis Badajoz, item ex anno 1900; codicem dioecesis Vich, ex anno 1901; 5 codices civitatis barcinonensis, ex annis 1901-1903; photographicam reproductionem petitionis Generalissimi Franco, qui nomine totius nationis hispanicae petitionem miserat. Exposita hic etiam videbantur duo magna volumina petitionum, quae collectae fuerunt occasione congressus assumptionistici franciscani, anno 1947 Olyspone habiti.

Etiam tertia transenna petitiones Hispaniae continebat, inter quas ob pulchritudinem sive membranarum sive ligaturarum eminebant illae Apostolatus Orationis et Congregationum Marianarum. Primae in duabus magnis voluminibus (60×70) affabre dispositae erant.

Peculiaris transenna continebat petitiones catholicorum Canadae. In 54 voluminibus plusquam 500.000 subscriptionum inveniebantur, quae

ab Actione Catholica collectae erant ex omnibus dioecesibus Canadæ, anno 1933.

Subsequens transenna petitiones ex America centrali continebat, et quidem ex Mexico, Cuba, Guatemala. Ex Mexico mentione dignae petitiones ex anno 1880 et 1881, uti etiam illae ex dioecesibus Durango, Sinaloa, Chilapa, Cuernavaca, Saltillo, Aguas Calientes, Guadalajara, Queretaro et Colima. Ex Columbia hic in conspectu stabant 2 magna volumina, quorum primum continebat petitiones dioecesis Pasto, anno 1903 ad Leonem XIII missas.

Deinde transenna cum petitionibus nationum Americae meridionalis: Venezuela, Peruvia, Bolivia, Chile, Brasilia, Argentina. Inter chilenas eminet illa E.mi Dom. Ioseph card. Caro Rodriguez; inter brasilianas numerosi codices, auro, argento et inscriptionibus ornati dioecesium et codices Unionis Filiarum Mariae, quos puellae imaginibus Mariae, floribus pulcherrime exornarunt; inter argentinas duo volumina continentia documenta photographica congressus assumptionistici franciscani, anno 1948 Bonoaëre habiti, et photographicam reproductionem petitionis Ex.mi Dom. Ioannis Perón, praesidis Reipublicae Argentine, qua a Summo Pontifice petebat, ut Anno Sancto 1950 proclamatio dogmatis assumptionis fieret et ita Annus Sanctus anni mariani notam obtineret.

Ultima transenna petitiones ex Republica Aequatoriana duobus admiratione dignis codicibus contentas conservabat. In primo, ornato coloribus nationalibus aequatorianis et illis pontificiis, ligato laminibus aureatis, 1173 petitiones ex toto Aequatore, cum inscriptione: "A Pio X i catolici ecuatoriani", inveniebantur; in secundo, qui in lamine externa in ligno arte elaboratam imaginem ecclesiae et conventus Fratrum Minorum Quito habebat, petitiones civitatis Quito, a franciscanis collectae, positae erant. In eadem transenna petitiones ex Turchia, Terra Sancta, Aegypto, India, Ceylon, Insulis Philippinis et Australia conspici poterant.

Visitatori, etiam rerum non multum perito, post expositionis visitationem clarum erat totum mundum catholicum petitiones ad Sedem Apostolicam misisse ad definitionem assumptionis petendam fidemque suam ita professum fuisse. Quod quidem etiam plastice videri potuit in magna tabella, ad portas egressus positam, in qua statistica universalis petitionum numeribus expressa inveniebatur:

3.387 cardinales, patriarchae, archiepiscopi et episcopi;

142 moderatores ordinum religiosorum cum 222.000 religiosorum;

200 universitates, facultates theologicae et seminaria;

11 congressus mariani nationales et internationales;

10.000.000 fidelium.

Numerosissimi fuerunt visitatores expositionis, qui saepe impressiones suas in libro speciali manifestare non dedignarunt. Subscriptiones auctoritatum ecclesiasticarum et simplicium fidelium duo volumina impleverunt. Non fuit qui et ordinem expositionis non laudaret et suam satisfactionem non exprimeret.

V.

DE PROCESSIONE SOLLEMNI MARIANA

Ad dignum congressui mariologico-mariano internationali ponendum finem et ad immediatam spiritualem praeparationem fidelium ad dogmaticam assumptionis Mariae in caelum definitionem Academia Mariana Internationalis processionem marianam habendam in pervigilio Omnium Sanctorum curavit, quae imaginem Mariae, nomine "Salus populi romani" veneratam in basilica S. Mariae Maioris, a colle capitolino et ex basilica S. Mariae in Aracaeli ad collem vaticanicum et ad basilicam S. Petri sollemni pompa et magno populi concursu conduceret. Imago "Salus populi romani" ab ipso Summo Pontifice electa est — uti antea dictum est — cum et primitia sacra quondam iuvenis Christi levita in eius altari celebraverit, et Urbis seu centri totius christianitatis historia cum hac sacra imagine intime coniuncta sit.

Imago ipsa quidem vespere diei 30 octobris, licet privatim e basilica S. Mariae Maioris ad illam S. Mariae in Aracaeli translata fuerit, in foro Capitolii a turma fidelium ex Germania aliisque regionibus, potissimum vero ex Urbe, coadunatorum exspectabatur. Ad sacram imaginem recipiendam aderat R.mus P. Pacificus M. Perantoni, minister generalis Ordinis Fratrum Minorum, una cum R.P. Benedicto Pesci, O.F.M., ministro provinciali, necnon R. P. Carolo Balić, O.F.M., Academiae Marianae praeside. Miraculosam imaginem ad Capitolium delatam prosecuti sunt R.mus Dom. Hermannus Bonazzi, R.mus Dom. Aloysius Benedetti cum Associationis Marianae membris, dum interea aera capitolina pulsabant in signum iubili.

Etsi ideam de processione Academia Mariana Internationalis iam mense martio dederit, quae et praeparationem remotam curaverat, ipsa processionis immediata praeparatio et practica executio ad finem perducta est ab ipsomet Vicariatu Urbis, cui Academia Mariana etiam hic iterum atque iterum sensus gratitudinis atque filialis devotionis exprimit.

* * *

Iam multum ante horam statutam apparuit immensus turbarum populi fluctus e viis ad Capitolium directis inundans et assidue crescens, ita ut brevi plateae et viae circa basilicam S. Mariae in Aracaeli viris feminisque religiosis, sacerdotibus cleri saecularis, seminaristis, studenteribus utriusque sexus institutorum religiosorum immensaque multitu-

dine populi fidelis repletae fuerint. Vexilla signaque variarum associationum, corporationum, confraternitatum, ordinum et congregationum religiosarum locum unicuique ad congregandum designatum indicabant. Gubernii Reipublicae Italicae, Urbis et civitatum repraesentantes in platea Capitolii congregati erant, dum sacrae hierarchiae dignitates ad sacristiam ecclesiae Oblatarum, in Via del Mare posita, convenerant.

Tempus quasi vernum post dies pluviosos et tepor aëris processionis evolutioni ordinatae quam maxime faverunt. Dirigentes processionis hoc illucque videbantur, si omnia in ordine essent inspicientes. Initium manifestationis exspectando cantica orationesque ad Virginem elevabantur. Admiratio in oculis omnium legebatur satisfactioque pro hoc Virginis triumpho, qui sine comparatione sollemnissimus videbatur. Scalam interim magnam, quae ad basilicam S. Mariae in Aracaeli conductit sorores religiosae cum pueris alumnis numerosissimae occuparunt sacra cantica elevantes. Nulla manifestatio, nulla civitas orbis, neque ipsa Roma, quae centrum christianitatis est, quaeque caeremoniis pompisque ecclesiasticis abundat, unquam talem alacritatem animorumque divinam inflammationem, unquam talem consensum universalem populi numerumque tam elevatum praelatorum in processione viderat. Si enim etiam anno elapso ante initium Anni Sancti eadem sacra imago "Salus populi romani" e basilica S. Mariae Maioris ad illam S. Petri summo cum iubilo concursuque populi translata fuerat, deerant tamen populorum exterorum repraesentationes hodie magno in numero praesentes, deerat ille neque Romae unquam coadunatus numerus pastorum christiani gregis, qui hodie plusquam 400 inter cardinales, patriarchas, archiepiscopos, episcopos in processione incedebant; deerat talis occasio qualis est proclaimatio dogmatis mariani. Ornamenta sollemnia coloris albi episcoporum occidentalium mirifice miscebantur cum illis multicoloribus sollemnissimisque orientalium; crucis gemmis et auro ornatae illorum cum illis romanorum; vexilla Orientis et Occidentis insimul vento agitata imaginem Mariae salutabant. Etiam rerum ecclesiasticarum imperito facile fuit particularem significationem huius eminentis omnium pastorum participationis in manifestatione mariana pervigilio definitiois assumptionis assequi. Plausus populi romani et speciali modo peregrinorum hos Ecclesiae docentis pastores continue prosequebatur.

Omnis officinae clausae erant; margines tum viae latae perpetuaeque tum transversarum refertissimae erant populo qui cantis spiritualibus, orationibus, acclamationibus unum cor efficiebat cum illis qui in processione signa gradatim devoteque subsequebantur.

Quis numerum fidelium qui per totam viam processioni assistebant Mariamque triumphantem acclamabant enumerare potuisset? Urbis periodica se non errare affirmarunt, si 500.000 fidelium dixerint adfuisse.

In hoc triumpho mariano universalitas Ecclesiae plastice perspici potuit. Sicuti enim insimul incedebant pastores ex omni parte mundi coadunati, ita inter se commixti videbantur fideles omnis nationis, omnis linguae, omnis coloris, qui omnes eandem fidem in communis Matris gloriosam assumptionem unanimiter profitebantur. Ita quidem Ecclesia docens et discens, glorificans Illum qui fecit Mariae magna quia potens est et sanctum nomen eius, cum iubilo profitebatur anticipate illum assensum quem cras infallibili oraculo Pii XII datura erat!

* * *

Circa horam quintam postmeridianam, sollemniter pulsantibus campanis basilicae aracaeliteae arcisque Capitolii, acclamante immenso fideliū plausu, processio initium sumpsit, hoc itinerarium secutura: Basilica Aracaeli - Via Aracaeli - Piazza Gesù - Corso Vittorio Emanuele - Ponte Vittorio - Via Pio X - Via della Conciliazione - Piazza S. Pietro. In capite processionis vigiles urbani equites et curribus impositi, solennissimis vestibus induiti, incedebant, quos iuvenes exploratores, "Boys Scouts" nuncupati, sequebantur. In viis pro processione securius sustentatis, vigilibus urbanis iuvenes exploratores memorati, sub directione Ill.mi Dom. Salvatoris Salvatori et advocatorum Traglia et Ferrari, magno fuerunt auxilio.

Processio, uti mos Romae est, duas partes habuit: illam laicam et illam ecclesiasticam. Statim post agmen vigilium urbanorum militiaeque Reipublicae Italicae pars laica processionis incedebat, ordine iam antecedenter statuto, in novem partes divisa. Iuvenes exploratores sequebantur iuvenes Centri Italici Sportivi, fidem suam aperte manifestantes cantibus religiosis. Oratoria virorum, iuventus institutorum formationi iuventutis addictorum, congregations marianaæ masculinae, socii operum eucharisticorum, iuvenes operarii, studentes, associationes iuvenum Actionis Catholicae et studentes universitatum, cum vexillis propriis devote incedebant. Post hos veniebant socii congregationis "B. V. Mariae in via", id est operarii nitori civitatis curando addicti cum suis multicoloribus vexillis, vestimenta saec. XV portantes. Congregatio mariana adulorum, vexillum suum novum, pridie in basilica XII Apostolorum benedictum, sequens, post associationem apostolatus precum, opus recessus perseverantiae, associationes operariorum italicorum et societates operariorum artis incedebat. Hi ultimi quivis propriae artis vestimentis traditionalibus induiti clarescebant. Deinde, hymnos marianos cantantes, incedebant circuli culturae et formationis religiosae, associationes beneficentiae, viri Actionis Catholicae, motus magistrorum et laureatorum catholicorum. Socii circuli S. Petri, directores associationum paroecialium et dioecesanarum, hanc partem processionis claudabant.

Deinde turmae peregrinorum ex variis nationibus, ordine alphabetico dispositae, cum propriis vexillis, imaginibus et inscriptionibus devote orantes incedebant, saepe salutatae a populo romano, speciali modo illae quae nationes sub iugo communismi gementes repreaesentabant, uti croata, hungarica, lituana et polona. Non paucae earum in congressu mariologico-mariano praesentes erant. America latina, Anglia, Austria, Canada, Croatia, Gallia, Germania, Helvetia, Hibernia, Hispania, Hollandia, Hungaria, Lituania, Lusitania, Luxemburgum, Polonia, Slovenia, Status Foederati Americae septentrionalis vocem Mariam acclamantem cum illa populi romani italicique universi fuderunt. At inter agmen non defuerunt ex Aegypto, Arabia, Graecia, Hyrcania, India, Indochina, Turchia aliisque Europae, Africæ et Asiae regionibus provenientes, cuiusvis nationis et coloris, qui reginam assumptam insimul cum omnibus aliis nationibus glorificabant, ita ut revera etiam hic verificaretur illud Virginis propheticum dictum: "Beatam me dicent omnes generationes!".

Iam advesperascit primeaque luces vespertinae insimul cum flamma funalium et cereorum aspectum particularem viis et domibus praebebant. Aedes enim viarum et platearum processioni designatarum floribus, tapetis, candelis lanternisque venetis ornatae erant. Nunc autem lumini bus accensis viae et palatia quasi entia viva apparebant, quae suam vocem igneam cum illa melliflua hominum iungebant.

Alia pars processionis splendidissimo coetu confraternitatum et archiconfraternitatum romanarum aperiebatur, quorum insignia, crucis, antependia et lampades ab antiquissimis temporibus tradita omnium admirationem excitarunt.

Clerus regularis deinde incedebat secundum ordinem praecedentiae rite dispositus a R.mo Dom. Henrico Dante, praefecto collegii magistrorum caeremoniarum S. Rom. Ecclesiae et Sedis Apostolicae, coadiuvante R.mo Dom. Hermanno Bonazzi, vicepraefecto eiusdem collegii. Omnes ordines et congregations religiosae Romae sedem habentes in processione aderant, unusquisque cum suo vexillo et imagine crucifixi, insimul cum "Schola Cantorum", quae cantica mariana exequebatur. Spectaculum unicum quod absque dubio solummodo Romae contemplari potest! Ordo tantum Fratrum Minorum circa mille fratres e toto orbe coadunatos in processione habuit!

Deinde infinita series cleri saecularis, superpelliceo induti, insimul cum omnibus seminariis et studentibus ecclesiasticis!

Post illos congressui mariologico-mariano participantes locum habuerunt, qui, inscriptione "I congressus mariologicus internationalis" illos antecedente, hymnos et cantica spiritualia cantantes devote incedebant.

Quos dein collegium parochorum Urbis, capitula collegiata et illa basilicarum minorum, capitula liberianum et lateranense, gremium abbatum, praelatorum, episcoporum, archiepiscoporum et cardinalium subsequebantur, vestimentis sollemnibus induiti, qui ordinatissime incedentes visionem quasi caelestem praebebant omnibusque admirationi erant.

Caput processionis ita compositae iam longe a basilica aracaelitana aberat et medium itineris iam fecerat, cum imago Mariae "Salus populi romani" extra ecclesiam apparuerit. Infinitus plausus vocesque iubili imaginem sacram acceperunt. Solium imaginis aediculo auro ornato positae, coronis floribusque sertis circumplexatum, per mediam viam Fratres Minoribus, deinde circiter 500 curruum publicorum conductores (vulgo tramvieri) in honore portandum habuerunt. Ante solium celebrans, Ex.mus Dom. Antonius Giordani, ep. tit. myndiensis, apud basilicam S. Mariae Maioris sedem habens, procedebat, dum imaginem sacram subsequebatur E.mus Dom. Joseph Ernestus card. van Roey, archiep. mechliniensis et titularis basilicae S. Maria in Aracae, et E.mi Dom. Clemens card. Micali necnon Franciscus card. Spellman.

A latere solii supremi moderatores ordinum religiosorum, Equitum Ordinis S. Sepulchri et Equitum Melitensium membra, sollemni pompa ornati, insimul cum militibus ordini publico tuendo praepositis (vulgo carabinieri), item sollemnissimis vestibus induiti, adstabant, uti custodia honoraria. Vexilla Urbis a vexillariis vestimentis saec. XV indutis circa imaginem portabantur.

Immediate ante thronum Virginis auctoritates Reipublicae Italicae Urbisque aderant. Gubernium represebant Ex.mus Dom. minister Petrilli et subsecretarius Vaccaro. Ministri autem Scelba et Gonella insimul cum auctoritatibus "Democrazia cristiana" ex domo in Piazza Gesù posita, processionem sunt prosecuti. Deinde Ill.mus Dom. Salvator Rebecchini, Urbis syndicus, insimul cum prosyndico, Ill.mo Dom. Andreoli, et adsessoribus Urbis Angelilli, Barracano, Bersani, Carrara, Ciocetti, Corsanego, Dalla Torre, Francini, Giannelli, Ferraguti, Maggi, Monico, Saraceni et Solimando, uti etiam cum numerosis consiliariis administrationis Urbis, incedebat. Senatores etiam italici Cingolani, Canaletti et Tosatti aderant. Inter notabiles imaginem sacram concomitantes adhuc memorandi sunt princeps Carolus Pacelli, Ex.mus Dom. Sergius Pignedoli, secretarius Comitatus Centralis pro Anno Sancto, R.mus Dom. Petrus Ercole, delegatus episcopalnis Actionis Catholicae de Urbe.

Processio sacra ita composita imaginem Mariae "Salus populi romani" triumphaliter per vias Urbis concomitabatur, inter continuas acclamations populi, qui in duas alas divisus ante imaginem Mariae devote se prosternebat, eius auxilium invocando. Viae adhuc magis illuminatae erant, palatia et ecclesiae luminibus ornata splendebant, imago sacra ho-

magium floreale a fidelibus in fenestris domorum positis continue accipiebat. Devotissime ita incedendo circa horam sextam cum dimidio pars prior processionis ad plateam S. Petri pervenit. Tholus basilicae S. Petri pleno splendore, statuae Christi Domini et apostolorum in fronte basilicae necnon 140 sanctorum statuae supra magnificum peristilium berninianum singillatim collucebant, luce tamen temperata, ut in platea ipsa luminaria et faces bene apparere valerent. Dum immensa turba fidelium imaginis sacrae adventum exspectabat, R. P. Richardus Lombardi, S.I., per megaphonium magnalia Virginis assumptae momentumque pervigilii et subsequentis diei illustrandum celebrandumque sategit. Ad altare, pro hac occasione ante portam basilicae S. Petri aedificatum, custodia militaris helveticorum (vulgo svizzeri) necnon capitulum basilicae S. Petri parati adstabant ad imaginem sacram recipiendam.

Cum imago Virginis initio Via della Conciliazione apparisset, porticus basilicae, columnatus et statuae illuminatae factae sunt luce vividissima. Ipsa Via della Conciliazione millibus lampadarum splendescens apparuit: praeter illuminationem viae, quae pro occasione augmentata erat, etiam palatia magnifice illuminata videbantur, inter quae maxima divitie illa ad Sanctam Sedem pertinentia, quorum extremitates facibus splendentes, uti continuatio columnatus berniniani videbantur.

Cum sacra imago in plateam vaticanam pervenisset, luce splendente reflectorum potentium illuminata est, ita ut ab omnibus conspici posset. Plausus fidelium cum acclamationibus "Viva Maria" ad caelum usque elevabatur et insimul cum spectaculo facum, tholi et columnatus illuminati visionem quasi caelestem praebebat.

Imagine Deiparae supra altare deposita, celebrans antiphonam "Salve, Regina" intonuit, quam omnes adstantes e toto orbe terrarum coadunati mirabili continuaverunt unanimitate. Deinde per megaphonium adnuntiatum fuit Summum Pontificem Pium XII post paucos instantes, in suo privato sacello devote recollectum, orationem, quam ipse pro hac occasione definitionis dogmaticae assumptionis composuerat manuque propria scripserat, recitaturum. Omnibus genua flectentibus in silentio maximo, vox argentea et limpida ad animam uniuscuiusque penetrans Summi Pastoris audita est, qui ita oravit:

"O Vergine Immacolata, Madre di Dio e Madre degli uomini.

Noi crediamo con tutto il fervore della nostra fede nella vostra assunzione trionfale in anima e in corpo al cielo, ove siete acclamata Regina da tutti i cori degli Angeli e da tutte le schiere dei Santi; e noi ad essi ci uniamo per lodare e benedire il Signore, che vi ha esaltata sopra tutte le altre pure creature, e per offrirvi l'anelito della nostra devozione e del nostro amore.

Noi sappiamo che il vostro sguardo, che maternamente accarezzava l'umanità umile e sofferente di Gesù in terra, si sazia in cielo alla vista della umanità gloriosa della Sapienza increata, e che la letizia dell'anima vostra nel contemplare faccia a faccia l'adorabile Trinità fa sussultare il vostro cuore di beatificante tenerezza; e noi, poveri peccatori, noi a cui il corpo appesantisce il volo dell'anima, vi supplichiamo di purificare i nostri sensi, affinchè apprendiamo, fin da quaggiù, a gustare Dio, Iddio solo, nell'incanto delle creature.

Noi confidiamo che le vostre pupille misericordiose si abbassino sulle nostre miserie e sulle nostre angoscie, sulle nostre lotte e sulle nostre debolezze; che le vostre labbra sorridano alle nostre gioie e alle nostre vittorie; che voi sentiate la voce di Gesù dirvi di ognuno di noi, come già del suo discepolo amato: Ecco il tuo figlio; e noi, che vi invochiamo nostra Madre, noi vi prendiamo, come Giovanni, per guida, forza e consolazione della nostra vita mortale.

Noi abbiamo la vivificante certezza che i vostri occhi, i quali hanno pianto sulla terra irrigata dal sangue di Gesù, si volgano ancora verso questo mondo in preda alle guerre, alle persecuzioni, alla oppressione dei giusti e dei deboli; e noi, fra le tenebre di questa valle di lacrime, attendiamo dal vostro celeste lume e dalla vostra dolce pietà sollievo alle pene dei nostri cuori, alle prove della Chiesa e della nostra patria.

Noi crediamo infine che nella gloria, ove voi regnate, vestita di sole e coronata di stelle, voi siete, dopo Gesù, la gioia e la letizia di tutti gli Angeli e di tutti i Santi; e noi, da questa terra, ove passiamo pellegrini, confortati dalla fede nella futura risurrezione, guardiamo verso di voi, nostra vita, nostra dolcezza, nostra speranza; attraeteci con la soavità della vostra voce, per mostrarcì un giorno, dopo il nostro esilio, Gesù, frutto benedetto del vostro seno, o clemente, o pia, o dolce Vergine Maria”.

Precem Pii XII immenso plausu acclamationibusque "Evviva Maria!", "Evviva il Papa!" praesentes prosecuti sunt usque dum per megaphonium annuntiatum est Sanctum Patrem apostolicam benedictionem impertitum fore. Omnium oculi ad fenestram omnibus notam palatii apostolici vertebantur, dum interim manus et linteola agitabantur in aere et millia millium vocum Pium XII invocabant. Statim in fenestra copiose illuminata apparuit alba effigies Pii XII, qui gestu largo et sollemini fidelibus genuflexis paterne benedicebat. Iterum iterumque evocatus acclamationibus fidelium Pontifex apparuit. Immensus plausus qui Virginem antea comitabatur ad Pium XII nunc reversus est, qui in historiam pertransiet uti "Papa assumptionis".

In omnium mentes veniebat remota illa mox anni 431 in qua populus fidelis incredibili plausu proclamationem veritatis maternitatis divinae exceptit, taedis, facibus, acclamationibus Cyrillum cum aliis episcopis ad hospitium prosequendo totamque urbem in signum laetitiae accensis, nemine iubente, luminibus illustrando. Inter caelum et terram Vicarius Christi in veste alba tempore noctis in fenestra lucens in memoriam revocabat columbam pacis, dum Ecclesia docens et discens acclamabat: "Loquere, Petre, per os Pii!".

Sacra imago interim in basilicam S. Petri translata est et ad latus confessionis S. Petri venerationi fidelium exposita. Multitudo paulatim e platea S. Petri discessit, ut crastina summo mane iterum adunaretur ad audiendam infallibilem Vicarii Christi vocem, qua Deiparam Mariam corpore et anima fuisse ad caelestem gloriam assumptam fidei dogma definiendum sollemniter erat, et iterum saltem per instans gaudendum anticipata veluti visione Ecclesiae triumphantis, tribulationes illius militantis interim oblivioni dando.

VI.

ULTIMA CONGRESSUS SESSIO

Etiam si post tot sine ulla intermissione labores inde a die 23 octobris usque ad ipsam diem 1 novembris illi qui congressui mariologico-mariano interfuerunt defatigati exstiterint tamen ipsamet die 1 novembris vespere coadunati sunt, ut communis gaudii atque exsultationis signa manifestarent. Conventus habitus est in Pont. Athenaeo Antoniano. Et praeter praesides et secretarios sectionum aliosque oratores aderant E.mus Dom. Ioseph card. Pizzardo; Ex.mi Dom.: Vanni, Baldini, Aldegunde, Camargo, Nuti, Uriarte; R.mus P. Pacificus M. Perantoni, cum suo definitorio generali, etc. Postquam omnium adstantium imago luce expressa est, et "le vin d'honneur" offertum fuit, R. P. Carolus Balić pauca fecit verba evolvendo thema: "Haec dies quam fecit Dominus, exsultemus et laetemur in ea!", gratias summas agens tum E.mo Dom. Ioseph card. Pizzardo, tum singulis praesidibus, secretariis, promotoribus sectionum omnibusque qui qualicumque via ac ratione aliquid ad felicem exitum huius conventus contulerunt. Maximas vero et peculiares gratias exhibuit Summo Pontifici Pio XII, Papae assumptionis, ob tot signa benevolentiae erga congressus promotores obque peculiarem gratiam quam concedere dignatus est, ut scilicet omnes qui congressui interfuerant crastina die adesse possent sollemnissimae audientiae cunctis cardinalibus episcopisque qui in Urbem ob proclamationem dogmatis assumptionis advenerant concessae. Quam laetam notitiam omnes summo plausu et animi gaudio receperunt clamando: "Evviva il Papa!" .

Ad allocutionem R. P. Balić responsum nomine omnium adstantium dedit R. Dom. Georgius Jouassard, Societatis Mariologicae Gallicae praeses, grati animi sensus nomine omnium pandendo erga R.P. Balić omnesque alios promotores huius congressus, laudibus extollendo eius organizationem votaque exprimendo ut similes conventus certo tempore in futurum haberentur ad maiorem scientiae mariologicae evolutionem et incrementum.

AUDIENTIA APUD SUMMUM PONTIFICEM

Die 2 novembris, hora 11, in "Aula della benedizione" congregati erant tot tantique Ecclesiae praesules ut Pius XII iure meritoque dicere potuisset: "Nunquam profecto in ecclesiasticae historiae fastis relatum legimus, si excipimus id quod tempore Oecumenici Concilii Vaticanii constituit, maiorem quam nunc episcoporum cohortem Petri, Apostolorum Principis, Successorem circumsaepsisse". Iamvero una cum nunquam in audiencia apud Vicarium Christi visa ecclesiasticorum cohorte mariologi quoque qui partem in congressu internationali mariologico-mariano habuerunt inveniebantur. In *L'Osservatore Romano* 90 (3 novembre 1950) 1, ubi diffuse sermo fit de hac "grandiosa solenne udienza" legitur etiam: "Alla Udienza erano stati ammessi anche i partecipanti ai due Congressi Mariologico e Mariano, svoltisi con eccezionale fervore e successo nei giorni che hanno preceduto la definizione dogmatica della Assunzione della Beata Vergine Maria".

Qua occasione Pastor Angelicus orationem habuit, in qua effectus praticos devotionis erga beatissimam Virginem in caelum assumptam, materialismo et indifferentismo religioso saevientibus, denuntiabat et inculcabat, scil. pacem Christi in regno Mariae, spiritum mortificationis ac poenitentiae, tutelam casti connubii et familiae christiana. Hanc suam historicam orationem Pius XII hisce inchoavit verbis, nempe: "Penitus commoto animo, ut raro in Pontificatus Nostri annorum decursu experti sumus, vos hodie salutamus, Venerabiles Fratres, gaudium Nostrum et Nostrae sertum laetitiae. Huius suavis mentis affectus causa vobis patet. Sempiterni Numinis consilium, cuius natura est bonitas, Nos qui ab ineunte aetate Almam Dei Matrem flagrantissima religione colimus, licet haud merentes, delegit, ut supremi magisterii Nostri oraculo obsignaremus et, erroris immuni sententia, ediceremus fidei veritatem esse caelitus lapsam Deiparam Virginem augustam ob origine labis nesciam in supernas sedes anima et corpore fuisse assumptam.

Quamobrem solatio afficimur et gaudemus, quemadmodum et heri valde gavisi sumus, cum permulti Nos, sacri ministerii Nostri summa praerogativa usos, circumstetistis et conspectu vestro confirmastis fere unanima, quae edidistis, suffragia, testes etiam fidei gregum vestrorum de tanto hoc, quod ad Matrem Dei et nostram pertinet, mysterio.

Grandem hanc transire horam vobiscum animadvertisimus. Nunquam profecto in ecclesiasticae historiae fastis relatum legimus, si excipimus id quod tempore Oecumenici Concilii Vaticani contigit, maiorem quam nunc episcoporum cohortem Petri, Apostolorum Principis, Successorem circumsaepisse. Technicae disciplinae validior usque ratio et peritia in commeatibus provehendis effecit sane ut haec feliciter contingenter, haud sine magno ecclesiasticae unitatis emolumento. Quamobrem grates persolvimus providentissimo Deo, quod huiusmodi artis praesidium hodierno conlatum est tempore, cum, caelesti gratia ciente, et in sacris pastoribus et in christifidelibus eorum curae commissis vehemens unitatis voluntas, efficientior quam nullo fortasse alio aevo, succrescit.

Quod autem vos e dissitis, imo etiam extremis mundi partibus hoc confluxistis, nova et luculentissima testificatione id naturam evincit Ecclesiae Christi, quae ambitu gremioque suo omnes complectitur gentes. Spectaculis, quae hic Annus Sacer, ut nullus ex anteactis, paravit, concursus iste conventusque vester veluti fastigium imponit, cum perspicue admodum demonstret quomodo catholici homines cuiuslibet subolis et linguae fide et caritate coalescant”.

De bello paceque disserens hisce prosecutus est verbis, nempe: ”Deum deprecetur benignissima Mater gratiae, mater misericordiae Maria ad veri nominis pacis causam tuendam. Hanc instantissimam primam adhibemus precem caelorum Reginae, cuius adaugere laudem et honorem vehementer laetati sumus”.

Postquam autem large locutus est de spiritu poenitentiae et mortificationis, iterum suam spem in Matrem Dei, in caelum assumptam ponit: ”Hoc est profecto — ita ait — alterum propositum, quo ducti Deiparae magnas adhibemus preces: velit Maria, in caelum assumpta, cuius anima et corpus perfecte et absolute quamlibet culpam, inordinatam perturbationem, indomitam impulsionem nescierunt, spei Nostrae impletionem a divino Filio Suo impetrare”.

Ab eadem caelesti Matre Vicarius Christi exspectat etiam casti conubii atque familiae christiana, quae est fundamentum societatis, tutelam: ”Hae, quas retulimus, tres sunt enixaे supplicationes, quas, efficaci invocato benignissimae Mariae Virginis patrocinio, Deo adhibemus”.

Quibus addit duo ”argumenta, quae summi quidem momenti — ait — Nobis cordi sunt, alterum scilicet quod attinet ad catholicam doctrinam integrum et indemnem servandam, alterum vero quod spectat ad cleri optimam institutionem et sanctitatem promovendam”. Et hic in memoriam revocat duo Anni Sancti insignia documenta, scilicet litteras encyclicas *Humani generis*, et apostolicam adhortationem *Menti Nostrae*.

Pius XII, gloriose regnans, locutus est directe "ad patres cardinales, archiepiscopos, episcopos, caeterosque locorum ordinarios, ob sollemnem dogmaticam definitionem corporeae in caelum assumptionis B. M. Virginis Romae coadunatos". De theologis seu illis qui "de Deo rebusque divinis apte, prudenter, docte e litteris institutisque sacris ratiocinantur" (*CANUS, De locis theol.*, lib. VIII, c. 1) expressis verbis sermo non fit. At, theologi, id est ii qui peculiari modo studio operam dant rei quae summe Dei propinqua est ipsosque fines SS. Trinitatis attingit, post cardinales et episcopos in aula aderant, tum quia ipsi partes agebant theologorum de quibus in platea S. Petri immediate ante verba: "Defini-mus..." dictum fuit quod "studio, scientia ac sapientia splendide" explicarunt et declararunt veritatem assumptionis, tum quia, ut dicebat *L'Os-servatore Romano*, "con eccezionale fervore e successo nei giorni che han-no preceduto la definizione dommatica", glorificarunt aliam Sociam Christi salvatoris, redemptoris, glorificatoris et triumphatoris.


In litteris encyclicis *Humani generis*, ad quas in hac historica oratione Vicarius Christi remittit, legitur depositum revelationis nec singulis christifidelibus nec ipsis theologis divinum Redemptorem concre-didisse authentice interpretandum, sed soli Ecclesiae magisterio, quae inter alia illustrat et enucleat ea "quae in fidei deposito nonnisi obscure ac veluti implice continentur". Et postquam haec summi momenti admonitio practice seu factis in ipsam definitione comprobata est, mariologi in sollemnissima audientia ad terminum memorabilis congressus post cardinales et episcopos adstantes, haud poterant quin in memoriam revocarent istam viam clare indicatam et signatam. Utique aspectus scientifici mariologiae cum Ecclesiae magisterio non sunt confundendi. At, mariologo textus S. Scripturae vel traditionis interpretanti non licet oculos deflectere a luce quae ex doctrina magisterii Ecclesiae emanat. Hac igitur tuta ac pernota via incedendo mariologia proferet nova et vetera attribuendo almae Sociae Christi "quidquid excellentius est", dummodo id et recta ratio theologica suadeat et Matrem Filiumque deceat, et potissimum magisterio Ecclesiae non repugnet, immo sum-mopere consonet.

* * *

Itaque demum, post doctas elucubrationes discussionesque hisce salu-tiferis et fructiferis instructionibus practicis repleti, illi qui partem inde a die 23 usque ad diem 31 octobris in congressu mariologico-mariano ardenti studio ac successu habuerunt, laeti ad propria reversi sunt, die-rum in Urbe transactorum memoriam libenter recolentes.



94. - Immensa fidelium multitudo accensis luminibus a basilica S. Mariae in Aracaeli ad illam S. Petri fluit, Mariae et Pontifici Assumptionis plaudendo



95. - Imago Mariae "Salus populi romani" ante basilicam S. Petri a Ven. Capitulo Vaticano sollemniter excipitur



99. - Praeses Academiae Mariana Internationalis, P. C. Balić, E.mo Dom. Joseph card. Pizzardo omnibusque qui in congressu partem habuerunt grati animi sensum manifestat



100. - Eadem occasione, R. Dom. Georgius Jouassard (non videtur in imagine) nomine omnium theologorum iis omnibus gratulatur qui hunc immemorabilem congressum apparaverunt et moderati sunt

A P P E N D I X

**DE SOLLEMNISSIMA VERITATIS ASSUMPTIONIS
DEFINITIONE**

Nemini sane mirum erit nos in appendice sermonem facere de sollemnitate diei 1 novembris in platea S. Petri, ubi veritas assumptionis dogma fidei divinae et catholicae declarata est. Si enim iste actus, qui abs dubio eventum constituit ex sollemnioribus in cursu quidem non brevi historiae Ecclesiae catholicae et maximum sane ultimis hisce decenniis, praemium et coronam constituit diuturni operis theologiae marianae in genere et potissimum congressum marianorum, qui nostro hoc saeculo ubique terrarum celebrati sunt, quid dicendum de congressu mariologico-mariano Anni Sancti, qui non tantummodo veluti epilogus itemque initium epochae marianae a multis habetur, verum, divina providentia ac Pastoris Angelici summa benevolentia, tanquam immediata praeparatio proclamationis novi dogmatis evasit?

Unde hoc in volumine opportunum visum est dare tum notitias de sollemnitatibus diei 1 novembris tum ipsam quoque constitutionem apostolicam *Munificentissimus Deus*, quae constituit veluti signum in quo vinces illius mariologiae, quae in Urbe a theologis undique congregatis theoretice et practice propugnata validissime fuit.

I. - NOTITIA DE SOLLEMNITATIBUS DIEI 1 NOVEMBRIS

In variis diariis atque ephemeridibus diffuse sermo fuit de sollemnitatibus diei 1 novembris in Urbe habitis. Nos autem malumus hic afferre simpliciter quae hac de re publici iuris fecit *L'Osservatore Romano* 90 (2 novembre 1950) 1, 5-6:

"Questa mattina, mercoledì 1º Novembre, solennità di Tutti i Santi, il Sommo Pontefice Pio XII ha solennemente proceduto alla Definizione dogmatica dell'Assunzione di Maria SS.ma in cielo.

Il Sacro Rito si è svolto dinanzi ad una moltitudine innumerevole riunita nella piazza di San Pietro, in piazza Pio XII e in via della Conciliazione; sul ripiano della Basilica era stato eretto il trono papale; ai lati di esso le bancate per il Sacro Collegio e per i Patriarchi, Arcivescovi e Vescovi convenuti da ogni parte del mondo per assistere all'atto solenne.

Alle ore 8.30 il grande corteo del Clero regolare e secolare di Roma, al canto delle Litanie dei Santi, attraverso la Scala Regia e il Portone di bronzo, è disceso

nella piazza, dirigendosi ai piedi della scalinata del Tempio ove ha preso posto nei reparti assegnatigli.

Aprivano il corteo le rappresentanze degli Ordini Mendicanti: Agostiniani Scalzi, Cappuccini, Mercedari, Minimi di S. Francesco di Paola, Terziari Francescani Regolari, Minori Conventuali, Frati Minori, Eremiti Agostiniani, Carmelitani Scalzi, Servi di Maria, Domenicani; seguivano quelle degli Ordini monastici: Olivetani, Cistercensi, Vallombrosani, Camaldolesi, Cassinesi e per ultimi i Canonici regolari Lateranensi del Santissimo Salvatore. Quindi dietro la Croce fiancheggiata da due accoliti e seguita dagli alunni del Pontificio Seminario Romano, incedevano il Ven. Collegio dei Parroci di Roma e i Capitoli delle Chiese Collegiate, delle Basiliche Minori, delle Basiliche Patriarcali: Santa Maria Maggiore, San Pietro in Vaticano e, per ultimo, della Arcibasilica Lateranense.

Frattanto il Sommo Pontefice usciva dal Suo privato Appartamento e accompagnato dalla Sua Nobile Anticamera Ecclesiastica e Laica, scortato dalla sua Guardia Nobile, preceduto e seguito dalla Guardia Svizzera, dopo una breve adorazione al Santissimo Sacramento, si è recato dapprima alla Sala dei Paramenti, dove erano convenuti gli Em.mi Signori Cardinali ed ha ivi indossato le sacre vesti: la falda, l'amitto, il camice, la stola, il manto papale bianco ricamato in oro con il formale e il triregno, quindi alla Cappella Sistina.

Ivi, dopo breve preghiera l'Augusto Pontefice recitava l'Antifona *Sancta Maria*, dopo la quale i cantori della Cappella Musicale Pontificia iniziavano le Litanie dei Santi; e, sorreggendo il cero acceso, portogli dall'Em.mo Cardinale Tisserant, assunta la mitra preziosa, saliva sulla Sedia Gestatoria, e si dirigeva, preceduto dal corteo Papale, verso la Basilica Vaticana.

Aprivano il corteo due ufficiali della Guardia Svizzera, un gruppo di sediari con il sotto Decano di Sala, i Procuratori di Collegio, il Confessore della Famiglia Pontificia con il Predicatore Apostolico, i Procuratori Generali degli antichi Ordini Religiosi, i Bussolanti, i Cappellani Comuni Pontifici, i Chierici Segreti, i Cappellani Segreti, gli Avvocati Concistoriali, i Camerieri d'onore e Segreti Ecclesiastici, i Votanti della Segnatura Apostolica, gli Uditori della Sacra Romana Rota, due Cappellani Segreti recanti la tiara e la mitra preziosa usuale del Sommo Pontefice, un Prelato Votante di Segnatura, recante il turibolo, il Prelato Uditore della Sacra Romana Rota in vesti suddiacinali, recante la Croce papale, in mezzo ai sette Accoliti Votanti della Segnatura con candelieri e ceri accesi e, a lui dappresso, due Maestri ostiarii, il Suddiacono Apostolico ministrante Monsignor Alberto Canestri, Uditore della Sacra Romana Rota, avente ai lati il Diacono e Suddiacono Greci, Rev.mi Adel Elgo e Nicola Marangos, del Collegio Greco; i Penitenzieri della Basilica preceduti da chierici recanti le lunghe bacchette; gli Abati Generali, gli Abati *Nullius*, i Vescovi e gli Arcivescovi oltre seicentocinquanta, i Patriarchi, gli Eminentissimi Signori Cardinali dei quali erano presenti:

Eugenio Tisserant, Vescovo Suburbicario di Porto e Santa Rufina, Segretario della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale, Sotto-Decano del Sacro Collegio;

Clemente Micara, Vescovo Suburbicario di Velletri, Prefetto della Sacra Congregazione dei Riti;
Giuseppe Pizzardo, Vescovo Suburbicario di Albano, Prefetto della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi;
Benedetto Aloisi Masella, Vescovo Suburbicario di Palestrina, Pro-Prefetto della Sacra Congregazione dei Sacramenti;
Adeodato Giovanni Piazza, Vescovo Suburbicario di Sabina e Poggio Mirteto, Segretario della Sacra Congregazione Concistoriale;
Alessio Ascalesi, Arcivescovo di Napoli;
Michele de Faulhaber, Arcivescovo di Monaco e Frisinga;
Giovanni Battista Nasalli Rocca di Corneliano, Arcivescovo di Bologna;
Alessandro Verde, Arciprete della Patriarcale Basilica Liberiana;
Giuseppe Ernesto van Roey, Arcivescovo di Malines;
Pietro Segura y Saenz, Arcivescovo di Siviglia;
Alfredo Ildefonso Schuster, Arcivescovo di Milano;
Emanuele Gonçalves Cerejeira, Patriarca di Lisbona;
promissus est ut, eo revelante, novam doctrinam patefacerent, sed ut, eo assistente, traditam per Apostolos revelationem seu fidei depositum sancte custodirent et fideliter exponerent" (8). Itaque ex ordinarii Ecclesiae Magisterii universalis consensu certum ac firmum sumitur argumentum, quo comprobatur corpoream Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptionem — quam quidem, quoad caelestem ipsam "glorificationem" virginalis corporis almae Dei Matris, nulla humanae mentis facultas naturalibus suis viribus cognoscere poterat — veritatem esse a Deo revelatam, ideoque ab omnibus Ecclesiae filiis firmiter fideliterque credendam. Nam, ut idem Concilium Vaticanum asseverat: "Fide divina et catholica ea omnia credenda sunt, quae in verbo Dei scripto vel tradito continentur, et ab Ecclesia sive sollemni iudicio, sive ordinario et universalis Magisterio tamquam divinitus revelata credenda proponuntur" (9).

Communis huius fidei Ecclesiae varia inde a remotis temporibus per saeculorum decursum manifestantur testimonia, indicia atque vestigia; eademque fides luculentiore in dies lumine panditur.

Siquidem christifideles, suorum Pastorum institutione ac ductu, a Sacris Litteris didicere Virginem Mariam, per terrestrem suam peregrinationem, vitam egisse sollicitudinibus, angustiis, doloribus affectam; ac praeterea id evenisse, quod sanctissimus senex Simeon cecinerat, acutissimum nempe gladium cor eius transverberasse ad Divini sui Nati cruxem nostrique Redemptoris. Parique modo haud difficile iisdem fuit assentiri magnam etiam Dei Matrem, quemadmodum iam Unigenatum suum, ex hac vita decessisse. Hoc tamen minime prohibuit quominus palam crederent ac profiterentur sacrum eius corpus sepulcri corruptioni obnoxium fuisse numquam, numquam augustum illud Divini Verbi tabernaculum in tabem, in cinerem resolutum fuisse. Quin immo, divina collustrati gratia pietateque erga eam permoti, quae Dei Parens est suavissimaque Mater nostra, clariore cotidie luce mirabilem illam privilegiorum concordiam ac cohaerentiam contemplati sunt, quae Providentissimus Deus almae huic Redemptoris nostri sociae impertiit, et quae talem attigere celssimum verticem, qualem praeter ipsam nemo a Deo creatus, excepta humana Iesu Christi natura, assecutus est umquam.

Hanc eamdem fidem innumera illa templa manifesto testantur, quae in honorem Mariae Virginis Caelo receptae Deo dedicata fuere; itemque sacrae illae imagines inibi christifidelium venerationi propositae, quae singularem eiusmodi Beatate Virginis triumphum ante omnium oculos efferunt. Urbes praeterea, dioeceses ac regiones peculiari tutelae ac patrocinio Deiparae Virginis ad Caelum evectae fuere concreditae; parique

(8) Conc. Vat., Const. *De Ecclesia Christi*, cap. 4.

(9) *De fide catholica*, cap. 3.

modo religiosa Instituta, probante Ecclesia, excitata sunt, quae quidem ex eiusmodi privilegio nomen accipiunt. Neque silentio praetereundum est in mariali rosario, cuius recitationem Apostolica haec Sedes tantopere commendat, unum haberi mysterium, piae meditationi propositum, quod, ut omnes norunt, de Assumptione agit Beatae Virginis in Caelum.

Universalis autem ac splendidiore modo haec sacrorum Pastorum ac christifidelium fides tum manifestatur, cum inde ab antiquis temporibus in Orientis et in Occidentis regionibus liturgica sollemnia hac de causa celebrantur; hinc enim Sancti Ecclesiae Patres atque Doctores lucem haurire numquam praetermisere, quondamquidem, ut omnibus in comperto est, sacra Liturgia, "cum sit etiam veritatum caelestium professio, quae supremo Ecclesiae Magisterio subicitur, argumenta ac testimonia suppeditare potest, non parvi quidem momenti, ad peculiare decernendum christianae doctrinae caput" (10).

In liturgicis libris, qui festum referunt vel *Dormitionis*, vel *Assumptionis Sanctae Mariae*, dictiones habentur, quae concordi quodam modo testantur, cum Deipara Virgo ex hoc terrestri exilio ad superna pertransiit, sacro eius corpori ex Providentis Dei consilio ea contigisse, quae cum Incarnati Verbi Matris dignitate consentanea essent cum caeterisque privilegiis eidem impertitis. Haec, ut praeclaro utamur exemplo, in *Sacramentario* asseverantur, quod Decessor Noster imm. mem. Hadrianus I ad Imperatorem misit Carolum Magnum. In eo enim haec habentur: "Veneranda nobis, Domine, huius est diei festivitas, in qua sancta Dei Genitrix mortem subiit temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quae Filium tuum Dominum nostrum de se genuit incarnatum" (11).

Quod vero heic verborum illa temperantia indicatur, qua Romana Liturgia uti solet, in ceteris vel orientalis, vel occidentalis antiquae Liturgiae voluminibus luculentius ac fusius declaratur *Sacramentarium Gallicanum*, ut unum in exemplum afferamus, hoc Mariae privilegium dicit "inexplicabile sacramentum, tanto magis praeconabile, quanto est inter homines assumptione Virginis singulare". Atque in Byzantina Liturgia corporea Mariae Virginis Assumptio non modo cum Dei Matris dignitate etiam atque etiam conectitur, sed cum aliis quoque privilegiis, peculiarique ratione cum virginea eius maternitate, singulari Providentis Dei consilio praestituta: "Tibi rex rerum omnium Deus ea, quae supra naturam sunt, tribuit; sicut enim in partu te virginem custodivit, sic et in sepulcro corpus tuum incorruptum servavit, et per divinam translatiōnem conglorificavit" (12).

(10) Litt. Enc. *Mediator Dei*, A.A.S., vol. XXXIX, p. 541.

(11) *Sacramentarium Gregorianum*.

(12) *Menaei totius anni*.

Quod autem Apostolica Sedes, quae muneris est heres, Apostolorum Principi concredit, in fide confirmandi fratres (13), sollemniorem in dies auctoritate sua eiusmodi celebrationem reddidit, id profecto studiosam christifidelium mentem efficaciter permovit ad magis cotidie magisque huius commemorati mysterii gravitatem considerandam. Itaque Assumptionis festum ex illo honoris gradu, quem in ceteris Mariabilibus celebrationibus inde ab initio obtinuerat, ad sollemniorum celebrationum ordinem totius liturgici cycli evectum fuit. Ac Decessor Noster S. Sergius I, cum Litaniam seu Processionem Stationalem, quae dicitur, in quattuor Marialibus celebrationibus habendas praescriberet, una simul festum *Nativitatis*, *Annuntiationis*, *Purificationis* ac *Dormitionis* Mariae Virginis enumerat (14). Deinceps vero S. Leo IV festum, quod iam titulo Assumptionis Beatae Genitricis Dei celerabatur, sollemniore etiam modo recolendum curavit, cum pervaigilium ante habendum iuberet, postea vero supplicationes in octavum diem; atque ipsemet, hanc opportunitatem libenter nactus, ingenti stipatus multitudine sollemnes eiusmodi celebrations participare voluit (15). Ac praeterea pridie huius diei sacrum habendum ieunium iam antiquitus fuisse praeceptum, ex iis omnino patet, quae Decessor Noster S. Nicolaus I testatur, cum de praecipuis ieuniis agit, "quae... sancta Romana suscepit antiquitus et tenet Ecclesia" (16).

Quandoquidem vero Ecclesiae Liturgia catholicam non gignit fidem, sed eam potius consequitur, ex eaque, ut ex arbore fructus, sacri cultus ritus proferuntur, idcirco Sancti Patres magnique Doctores in homiliis orationibusque, quas hoc festo die ad populum habuere, non hinc veluti ex primo fonte, eiusmodi doctrinam hauserunt, sed de ea potius, utpote christifidelibus iam nota. atque accepta, locuti sunt; eamdem luculentius declararunt; eius sensum atque rem altioribus rationibus proposuere, id praesertim in clariore collocantes luce, quod liturgici libri saepenumero presse breviterque attigerant: hoc nempe festo non solummodo Beatae Virginis Mariae nullam habitam esse exanimis corporis corruptionem commemorari, sed eius etiam ex morte deportatum triumphum, eiusque caelestem "glorificationem", ad Unigenae sui exemplum Iesu Christi.

Itaque S. Ioannes Damascenus, qui prae ceteris eximius traditae huius veritatis praeco exstat, corpoream almae Dei Matris Assumptionem cum aliis eius dotibus ac privilegiis comparans, haec vehementi eloquentia edit: "Oportebat eam, quae in partu illaesam servaverat virginitatem, suum corpus sine ulla corruptione etiam post mortem conservare. Oportebat

(13) Cf. *Luc.*, XXII, 32.

(14) *Liber Pontificalis*.

(15) *Ibid.*

(16) *Responsa Nicolai Papae I ad consulta Bulgarorum*.



105. - Summus Pontifex supplicationem in honorem B. V. Mariae assumptae, a seipso
compositam, ante dogmatis definitionem recitat



106. - Beatissimus Pater ex cathedra divi Petri definitionem dogmaticam corporeae
B. V. Mariae in caelum assumptionis pronuntiat



107. - Beatissimus Pater coram innumera cleri et christifidelium multitudine post
sollemnem dogmatis proclamationem orationem habet



108. - Prima constitutionis apostolicae "Munificentissimus Deus"
pagina, affabre exarata



109. - Prima pagina thesauri spiritualis, a R.P. Thoma Bärnthal, O.F.M., affabre picta

eam, quae Creatorem ut puerum in sinu gestaverat, in divinis tabernaculis commorari. Oportebat sponsam, quam Pater despousaverat, in thalamis caelestibus habitare. Oportebat eam, quae Filium suum in cruce consperxerat, et, quem pariendo effugerat doloris gladium, pectore exasperat, ipsum Patri considentem contemplari. Oportebat Dei Matrem ea, quae Filii sunt, possidere et ab omni creatura tamquam Dei Matrem et ancillam excoli" (17).

Haec quidem S. Ioannis Damasceni vox aliorum vocibus, eamdem asseverantium doctrinam, fideliter respondet. Etenim haud minus clarae accurataeque dictiones in orationibus illis inveniuntur, quas vel superioris vel eiusdem aevi Patres, per occasionem plerumque huius festi, habuere. Itaque, ut aliis utamur exemplis, S. Germanus Constantinopolitanus corpus Deiparae Virginis Mariae incorruptum fuisse et ad Caelum enectum non modo cum divina eius maternitate consentaneum putabat, sed etiam cum peculiari sanctitate eiusdem virginalis corporis: "Tu, secundum quod scriptum est, 'in pulchritudine' appares; et corpus tuum virginale totum sanctum est, totum castum, totum Dei domicilium; ita ut ex hoc etiam a resolutione in pulverem deinceps sit alienum; immutatum quidem, quatenus humanum, ad excelsam, incorruptibilitatis vitam; idem vero vivum atque praegloriosum, incolume atque perfectae vitae particeps" (18). Alius vero antiquissimus scriptor asseverat: "Igitur ut gloriosissima Mater Christi Salvatoris nostri Dei, vitae et immortalitatis largitoris, ab ipso vivificatur, in aeternum concorporea in incorruptibilitate, qui illam a sepulcro suscitavit et ad seipsum assumpsit, ut ipse solus novit" (19).

Cum autem hoc liturgicum festum latius in dies impensioreque pietate celebraretur, Ecclesiae Antistites ac sacri oratores, crebriore usque numero, officii sui esse duxerunt aperte ac nitide explanare mysterium, quod eodem hoc festo recolitur, atque edicere illud esse cum ceteris revelatis veritatibus coniunctissimum.

In scholasticis theologis non defuere qui, cum in veritates divinitus revelatas altius intropiscere vellent, atque illum praebere cuperent concentum, qui inter rationem theologicam, quae dicitur, ac catholicam intercedit fidem, animadvertisendum putarent hoc Mariae Virginis Assumptionis privilegium cum divinis veritatibus miro quodam modo concordare, per Sacras Litteras nobis traditis.

(17) S. IOAN. DAMASC., *Encomium in dormitionem Dei Genitricis semperque Virginis Mariae*, hom. II, 14; Cf. etiam ibid., n. 3.

(18) S. GERM. CONST., *In Sanctae Dei Genitricis Dormitionem*, sermo I.

(19) *Encomium in Dormitionem Sanctissimae Dominae nostrae Deiparae semperque Virginis Mariae* (S. Modesto Hierosol. attributum), n. 14.

Cum hinc ratiocinando proficiscerentur, varia protulere argumenta, quibus mariale eiusmodi privilegium illustrarent, quorum quidem argumentorum quasi primum elementum hoc esse asseverabant, Iesum Christum nempe, pro sua erga Matrem pietate, eam voluisse ad Caelum assumptam; eorumdem vero argumentorum vim incomparabili inniti dignitate eius divinae maternitatis atque etiam eorum omnium munerum, quae eam consequuntur; quae quidem sunt insignis eius sanctitas, omnium hominum angelorumque sanctitudinem exsuperans; intima Mariae cum Filio suo coniunctio; ac praecipuae illius dilectionis affectus, qua Filius dignissimam Matrem suam prosequebatur.

Ac saepenumero theologi occurrunt oratoresque sacri, qui Sanctorum Patrum vestigiis insistentes (20), ut suam illustrent Assumptionis fidem, quadam usi libertate, eventus ac verba referunt, quae a Sacris Litteris mutuantur. Itaque, ut nonnulla tantum memoremus, quae hac de re saepius usurpantur, sunt qui Psaltae sententiam inducant: "Surge, Domine, in requiem tuam, tu et Arca sanctificationis tuae" (21); atque *Arcam foederis*, incorruptibili ligno instructam atque in Dei templo positam, quasi imaginem cernant purissimi Mariae Virginis corporis, ab omni sepulcri corruptione servati immunis, atque ad tantam in Caelo gloriam evecti. Parique modo, hac de re agentes, Reginam describunt in regiam Caelorum aulam per triumphum ingredientem ac dextero Divini Redemptoris assistentem lateri (22); itemque Canticorum Sponsam inducunt, "quae ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrae et thuris", ut corona redimiatur (23). Quae quidem ab iisdem veluti imagines proponuntur caelestis illius Reginae, caelestisque Sponsae, quae una cum Divino Sponso ad Caelorum aulam evehitur.

Ac praeterea scholastici doctores non modo in variis Veteris Testamenti figuris, sed in illa etiam Muliere amicta sole, quam Ioannes Apostolus in insula Patmo (24) contemplatus est, Assumptionem Deiparae Virginis significatam viderunt. Item ex Novi Testamenti locis haec verba peculiari cura considerationi proposuere suae: "Ave, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus" (25), cum in Assumptionis mysterio complementum cernerent plenissimae illius gratiae, Beatae Virgini impertitiae, singularemque benedictionem maledictioni Hevae adversantem.

(20) Cf. S. IOAN. DAMASC., *Encomium in Dormitionem Dei Genitricis semperque Virginis Mariae*, hom. II, 2, 11; *Encomium in Dormitionem* (S. Modesto Hierosol. attributum).

(21) *Ps. CXXXI*, 8.

(22) *Ps. XLIV*, 10, 14-16.

(23) *Cant. III*, 6; cfr. *IV*, 8; *VI*, 9.

(24) *Apoc.*, XII, 1 sq.

(25) *Luc.*, I, 28.

Eam ob rem, sub Scholasticae Theologiae initio vir piissimus Amedeus Lausannensis Episcopus affirmat Mariae Virginis carnem incorruptam permansisse; — neque enim credi fas est corpus diu vides corruptionem — cum revera animae suae iterum coniunctum fuerit, atque una cum ea in caelesti aula excelsa redimitum gloria. "Erat namque plena gratia et in mulieribus benedicta (Luc., I, 28). Deum verum de Deo vero sola meruit concipere, quem virgo peperit, virgo lactavit, fovens in gremio, eique in omnibus almo ministravit obsequio" (26).

In sacris vero scriptoribus, qui eo tempore Divinarum Litterarum sententiis variisque similitudinibus seu analogiis usi, Assumptionis doctrinam, quae pie credebatur, illustrarunt ac confirmarunt, peculiarem locum obtinet Doctor Evangelicus S. Antonius Patavinus. Is enim, festo Assumptionis die, haec Isaiae prophetae verba interpretatus: "locum pedum meorum glorificabo" (27), modo certo asseveravit a Divino Redemptore Matrem suam dilectissimam, ex qua humanam sumpserat carnem, summa ornatam fuisse gloria. "Per hoc aperte habes — ita ait — quod Beata Virgo in corpore, quo fuit locus pedum Domini, est assumpta". Quamobrem sacer Psaltes scribit: "Exsurge, Domine, in requiem tuam, tu et Arca sanctificationis tuae". Quemadmodum, ita ipse asserit, Iesus Christus ex triumphata morte resurrexit atque ad dexteram sui Patris ascendit, ita pariter "surrexit et Arca sanctificationis suae, cum in hac die Virgo Mater ad aethereum thalamum est assumpta" (28).

Cum autem, media actate, Theologia Scholastica maxime floreret, S. Albertus Magnus, variis ad rem probandam collatis argumentis, quae vel Sacris Litteris, vel sententiis a maioribus traditis, vel denique Liturgia rationeque theologica, quae dicitur, innituntur, ita concludit: "His rationibus et auctoritatibus et multis aliis manifestum est, quod Beatisima Dei Mater in corpore et anima super choros Angelorum est assumpta. Et hoc modis omnibus credimus esse verum" (29). In oratione vero, quam die Annunciationi sacro Beatae Mariae Virginis habuit, haec Angeli salutantis verba explanans: "Ave, gratia plena...", Doctor Universalis, dum Hevae Sanctissimam Virginem comparat, hanc clare significanterque asseverat quadruplici illa maledictione fuisse immunem, cui Heva obnoxia fuit (30).

(26) AMEDEUS LAUSANNENSIS, *De Beatae Virginis obitu, Assumptione in Caelum, exaltatione ad Filii dexteram.*

(27) *Is.*, LX, 13.

(28) S. ANTONIUS PATAV., *Sermones dominicales et in sollemnitatibus. In Assumptione S. Mariae Virginis sermo.*

(29) S. ALBERTUS MAGNUS, *Mariale sive quaestiones super Evang. 'Missus est'*, q. 132.

(30) Idem, *Sermones de sanctis*, sermo XV: *In Annuntiatione B. Mariae*; cf. etiam *Mariale*, q. 132.

Doctor Angelicus, insignis magistri sui vestigia premens, quamvis dedita opera eiusmodi quaestionem numquam agitaverit, quotiescumque tamen per occasionem eam attingit, una cum Catholica Ecclesia constanter retinet cum Mariae anima eius corpus in Caelum fuisse assumptum (31).

Eamdem sententiam amplectitur, in multis aliis, Doctor Seraphicus, qui quidem pro certo omnino habet, quemadmodum Deus Mariam Sanctissimam, sive concipientem, sive parientem, virginalis pudoris virginalisque integritatis violatione immunem servavit, sic minime permisso ut eius corpus in tabem, in cinerem resloveretur (32). Haec Sacrae Scripturae verba interpretans, eademque sensu quodam accommodato Beatae Virgini tribuens: "Quae est ista, quae ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum" (33), ita arguit: "Et hinc constare potest quod corporaliter ibi est... Cum enim... beatitudo non esset consummata nisi personaliter ibi esset, et persona non sit anima, sed coniunctum, patet quod secundum coniunctum, id est corpus et animam, ibi est: alioquin consummatam non haberet frumentum" (34).

Sera autem Scholasticae Theologiae aetate, hoc est saeculo XV, S. Bernardinus Senensis ea omnia, quae medii aevi theologi hac super causa edixerant ac disceptaverant, summatim colligens ac diligenter retractans, non satis habuit praecipuas eorum referre considerationes, quas superioris temporis doctores iam proposuerant, sed alias etiam adiecit. Similitudo nempe divinae Matris divinique Filii, ad animi corporisque nobilitatem dignitatemque quod attinet — ob quam quidem similitudinem ne cogitare quidem possumus caelestem Reginam a caelesti Rege separari — omnino postulat ut Maria "esse non *debeat*, nisi ubi est Christus" (35); ac praeterea rationi congruens et consentaneum est, quemadmodum hominis, ita etiam mulieris animam ac corpus sempiternam iam gloriam in Caelo assecuta esse; ac denique idcirco quod numquam Ecclesia Beatae Virginis exuvias requisivit ac populi cultui proposuit, argumentum praebetur, quod "quasi sensibile experimentum" (36) referri potest.

Recentioribus vero temporibus, quas supra rettulimus, Sanctorum Patrum Doctorumque sententiae communi in usu fuere. Consensum chri-

(31) Cf. *Summa Theol.*, III, q. 27, a. 1 c.; *ibid.*, q. 83, a. 5 ad 8; *Expositio salutationis angelicæ; In symb. Apostolorum expositio*, art. 5; *In IV Sent.*, d. 12, q. 1, art. 3, sol. 3; d. 43, q. 1, art. 3, sol. 1 et 2.

(32) Cf. S. BONAVENTURA, *De Nativitate B. Mariae Virginis*, sermo 5.

(33) *Cant.*, VIII, 5.

(34) S. BONAVENTURA, *De Assumptione B. Mariae Virginis*, sermo 1.

(35) S. BERNARDINUS SENENS., *In Assumptione B. M. Virginis*, sermo 2.

(36) Idem, l. c.

stianorum amplectens, a superioribus aetatis traditum, S. Robertus Bellarminus exclamavit: "Et quis, obsecro, credere posset, arcum sanctitatis, domicilium Verbi, templum Spiritus Sancti corruisse? Exhorret plane animus meus vel cogitare carnem illam virgineam, quae Deum genuit, peperit, aliuit, gestavit, vel in cinerem esse conversam, vel in escam vermis traditam" (37).

Parique modo S. Franciscus Salesius, postquam asseveravit dubitare fas non esse Iesum Christum perfectissimo modo divinum mandatum, quo filii iubentur proprios honorare parentes, ad rem deduxisse, hanc sibi quaestionem proponit: "Quinam filius, si posset, matrem suam ad vitam non revocaret, atque eam post mortem in Paradisum non adduceret?" (38). Ac S. Alfonsus scribit: "Iesus Mariae corpus post mortem corrupti noluit, cum in suum dedecus redundaret virginalem eius carnem in tabem redigi, ex qua suam ipsem carnem assumpserat" (39).

Cum vero mysterium, quod hoc festo celebratur, iam in sua luce possum esset, haud defuere doctores, qui, potius quam de theologicis argumentis agerent, quibus demonstraretur conveniens omnino ac consentaneum esse corpoream credere Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptionem, mentem animumque suum ad ipsam converterent Ecclesiae fidem, mysticae Christi Sponsae non habentis maculam aut rugam (40) quae quidem ab Apostolo nuncupatur "columna et firmamentum veritatis" (41); atque communi hac fide innixi, contrariam sententiam temerariam putarent, ne dicamus haereticam. Siquidem, ut alii non pauci, S. Petrus Canisius, postquam declaravit ipsum Assumptionis vocabulum non modo animae, sed corporis etiam "glorificationem" significare, atque Ecclesiam multis iam saeculis hoc mariale Assumptionis mysterium venerari ac celebrare sollemniter, haec animadvertisit: "Quae sententia iam saeculis aliquot obtinet, ac piorum animis infixa totique Ecclesiae sic commendata est, ut qui Mariae corpus in Caelum negant assumptum, ne patienter quidem audiantur, sed velut nimium contentiosi, aut prorsus temerarii, et haeretico magis quam catholico spiritu imbuti homines passim exsibentur" (42).

Eodem tempore Doctor Eximus, cum hanc de mariologia profiteretur normam, nempe "mysteria gratiae, quae Deus in Virgine operatus est, non esse ordinariis legibus metienda, sed divina omnipotentia,

(37) S. ROBERTUS BELLARMINUS, *Conciones habitae Lovani*, concio 40: *De Assumptione B. Mariae Virginis*.

(38) *Oeuvres de St. François de Sales*, Sermon autographe pour la fête de l'Assomption.

(39) S. ALFONSO M. DE' LIUORI, *Le glorie di Maria*, parte II, disc. 1.

(40) Cf. *Ephes.*, V., 27.

(41) *I Tim.*, III, 15.

(42) S. PETRUS CANISIUS, *De Maria Virgine*.

supposita rei decentia, absque ulla Scripturarum contradictione aut repugnantia” (43), universae Ecclesiae communi fretus fide, ad Assumptionis mysterium quod attinet, concludere poterat hoc idem mysterium eadem animi firmitate credendum esse, ac Immaculatam Conceptionem B. Virginis; iamque tum autumabat veritates eiusmodi definiri posse.

Haec omnia Sanctorum Patrum ac theologorum argumenta considerationesque Sacris Litteris, tamquam ultimo fundamento, nituntur; quae quidem almam Dei Matrem nobis veluti ante oculos proponunt divino Filio suo coniunctissimam, eiusque semper participantem sortem. Quamobrem quasi impossibile videtur eam cernere, quae Christum concepit, peperit, suo lacte aluit, eumque inter ulnas habuit pectorique obstrinxit suo, ab eodem post terrestrem hanc vitam, etsi non anima, corpore tamen separatam. Cum Redemptor noster Mariae Filius sit, haud poterat profecto, utpote divinae legis observator perfectissimus, praeter Aeternum Patrem, Matrem quoque suam dilectissimam non honorare. Atqui, cum eam posset tam magno honore exornare, ut eam a sepulcri corruptione servaret incolumem, id reapse fecisse credendum est.

Maxime autem illud memorandum est, inde a saeculo II, Mariam Virginem a Sanctis Patribus veluti novam Hevam proponi novo Adae, etsi subiectam, arctissime coniunctam in certamine illo adversus inferorum hostem, quod, quemadmodum in protoevangelio (44) prae significatur, ad plenissimam deuenturum erat victoriam de peccato ac de morte, quae semper in gentium Apostoli scriptis inter se copulantur (45). Quamobrem, sicut gloria Christi anastasis essentialis pars fuit ac postremum huius victoriae tropaeum, ita Beatae Virginis commune cum Filio suo certamen virginei corporis “glorificatione” concludendum erat; ut enim idem Apostolus ait, “cum... mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: absorpta est mors in victoria” (46).

Idecirco augusta Dei Mater, Iesu Christo, inde ab omni aeternitate, “uno eodemque decreto” (47) praedestinationis, arcano modo coniuncta, immaculata in suo conceptu, in divina maternitate sua integerrima virgo, generosa Divini Redemptoris socia, qui plenum de peccato eiusque consecutariis deportavit triumphum, id tandem assecuta est, quasi supremam suorum privilegiorum coronam, ut a sepulcri corruptione servaretur immunis, utque, quemadmodum iam Filius suus, devicta morte, corpore et anima ad supernam Caeli gloriam evehheretur, ubi Regina respluderet ad eiusdem sui Filii dexteram, immortalis saeculorum Regis (48).

(43) SUAREZ R., *In tertiam partem D. Thomae*, quaest. 27, art. 2, disp. 3, sec. 5, n. 31.

(44) *Geu.*, III, 15.

(45) Cf. *Rom.*, cap. V et VI; *I Cor.*, XV, 21-26; 54-57.

(46) *I Cor.*, XV, 54.

(47) Bulla *Ineffabilis Deus*, l. c., p. 599.

(48) Cf. *I Tim.*, I, 17.

Quoniam igitur universa Ecclesia, in qua vigeat Veritatis Spiritus, qui quidem eam ad revelatarum perficiendam veritatum cognitionem infallibiliter dirigit, multipliciter per saeculorum decursum suam fidem manifestavit, et quoniam universi terrarum orbis Episcopi prope unanima consensione petunt, ut tamquam divinae et catholicae fidei dogma definiatur veritas corporeae Assumptionis Beatissimae Virginis Mariae in Caelum — quae veritas Sacris Litteris innititur, christifidelium animis penitus est insita, ecclesiastico cultu inde ab antiquissimis temporibus comprobata, ceteris revelatis veritatibus summe consona, theologorum studio, scientia ac sapientia splendide explicata et declarata — momentum Providentis Dei consilio praestitutum iam advenisse putamus, quo insigne eiusmodi Mariae Virginis privilegium sollemniter renuntiemus.

Nos, qui Pontificatum Nostrum peculiari Sanctissimae Virginis patrocinio concredidimus, ad quam quidem in tot tristissimarum rerum vicibus configugimus, Nos, qui Immaculato eius Cordi universum hominum genus publico ritu sacravimus, eiusque praesidium validissimum iterum atque iterum experti sumus, fore omnino confidimus ut sollemnisi haec Assumptionis pronuntiatio ac definitio haud parum ad humanae consortionis profectum conferat, cum in Sanctissimae Trinitatis gloriam vertat, cui Deipara Virgo singularibus devincitur vinculis. Futurum enim sperandum est ut christifideles omnes ad impensiorem erga caelestem Matrem pietatem excitentur; utque eorum omnium animi, qui christiano gloriantur nomine, ad desiderium moveantur Mystici Iesu Christi Corporis participandae unitatis, suique erga illam augendi amoris, quae in omnia eiusdem augusti Corporis membra maternum gerit animum. Itemque sperandum est ut gloriosa meditantibus Mariae exempla magis magisque persuasum sit quantum valeat hominum vita, si Caellestis Patris voluntati exsequendae omnino sit dedita ac ceterorum omnium procurando bono; ut, dum "materialismi" commenta et quae inde oriuntur morum corruptio, virtutis lumina submergere minantur, hominumque, excitatis dimicationibus, perdere vitas, praeclarissimo hoc modo ante omnium oculos plena in luce ponatur ad quam excelsam metam animus corpusque nostrum destinentur; ut denique fides corporeae Assumptionis Mariae in Caelum nostrae etiam resurrectionis fidem firmiores efficiat, actuosiorem reddat.

Quod autem hoc sollempne eventum in Sacrum, qui vertitur, Annum Providentis Dei consilio incidit, Nobis laetissimum est; ita enim Nobis licet, dum Iubilaeum Maximum celebratur, fulgenti hac gemma Deiparae Virginis frontem exornare, ac monumentum relinquere aere perennius incensissimae Nostrae in Dei Matrem pietatis.

Quapropter, postquam supplices etiam atque etiam ad Deum admovimus preces, ac Veritatis Spiritus lumen invocavimus, ad Omnipotentis

Dei gloriam, qui peculiarem benevolentiam suam Mariae Virgini diligitus est, ad sui Filii honorem, immortalis saeculorum Regis ac peccati mortisque victoris, ad eiusdem augustae Matris augendam gloriam et ad totius Ecclesiae gaudium exultationemque, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra pronuntiamus, declaramus et definimus divinitus revelatum dogma esse: Immaculatam Deiparam semper Virginem Mariam, expleto terrestris vitae cursu, fuisse corpore et anima ad caelestem gloriam assumptam.

Quamobrem, si quis, quod Deus avertat, id vel negare, vel in dubium vocare voluntarie ausus fuerit, quod a Nobis definitum est, noverit se a divina ac catholica fide prorsus defecisse.

Ut autem ad universalis Ecclesiae notitiam haec Nostra corporeae Mariae Virginis in Caelum Assumptionis definitio deducatur, has Apostolicas Nostras Litteras ad perpetuam rei memoriam extare voluimus; mandantes ut harum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ab omnibus habeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Nulli ergo hominum liceat paginam hanc Nostrae declarationis, pronunciationis ac definitionis infringere, vel ei ausu temerario adversari et contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae, apud S. Petrum anno Iubilaei Maximi millesimo nongentesimo quinquagesimo, die prima mensis Novembris, in festo omnium Sanctorum, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus,
ita definiendo subscripsi

L.  S.

- † Ego FRANCISCVS Episcopus Ostiensis et Tusculanus Cardinalis MARCHETTI SELVAGGIANI, S. Collegii Decanus.
- † Ego EUGENIUS Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis TISSERANT.
- † Ego CLEMENS Episcopus Velternus Cardinalis MICARA.
- † Ego JOSEPH Episcopus Albanensis Cardinalis PIZZARDO.
- † Ego BENEDICTVS Episcopus Praenestinus Cardinalis ALOISI MASELLA.
- † Ego ADEODATUS IOANNES Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis PIAZZA.



THESAURUS SPIRITUALIS

quem preuent congregacione Academia Mariana Internationale
pro felici anno Congregacione Marianica Mariana Internationale
nomen definitionis degmatis.

Assumptionis
Beatae Virginis Mariae
in caelum.

PIO PP. XII

Pontifici Optime Maxime
grati animi ergo
oblatius.



110. - Alia pagina thesauri spiri-
tualis cum dedicatione Summo
Pontifici

111. - In audientia Beatissimi
Patris R. mus P. Pacificus
M. Perantoni, O.F.M., minister
generalis, una cum R. P. Carolo
Balić, inter alia dona spiritua-
lem quoque thesaurum, curante
Academia Mariana Internatio-
nali collectum, obtulit. A sini-
stris Pii XII R. P. Alfridus Po-
lidori, secretarius Ordinis, et

R. P. Emericus Marin



Ego ALEXIUS tituli S. Calisti Presbyter Cardinalis ASCALESI.

Ego MICHAËL tituli S. Anastasiae Presbyter Cardinalis DE FAULHABER.

Ego IOANNES BAPTISTA tituli S. Mariae in Transpontina Presbyter Cardinalis NASALLI ROCCA.

Ego ALEXANDER tituli S. Mariae in Cosmedin Presbyter Cardinalis VERDE.

Ego JOSEPH ERNESTUS tituli S. Mariae de Ara Caeli Presbyter Cardinalis VAN ROEY.

Ego PETRUS tituli S. Mariae trans Tiberim Presbyter Cardinalis SEGURA Y SAENZ.

Ego ALFRIDUS ILDEFONSUS tituli S. Martini in Montibus Presbyter Cardinalis SCHUSTER.

Ego EMMANUEL tituli Ss. Marcellini et Petri Presbyter Cardinalis GONÇALVES CE-
REJEIRA.

Ego ACHILLES tituli S. Sixti Presbyter Cardinalis LIÉNART.

Ego PETRUS tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis FUMASONI BIONDI.

Ego FRIDERICUS tituli S. Mariae de Victoria Presbyter Cardinalis TEDESCHINI.

Ego ELIAS tituli S. Marci Presbyter Cardinalis DALLA COSTA.

Ego THEODORUS tituli S. Chrysogoni Presbyter Cardinalis INNITZER.

Ego IGNATIUS GABRIEL tituli Basilicae XII Apostolorum Presbyter Cardinalis TAP-
POUNI.

Ego DOMINICUS tituli S. Apollinaris Presbyter Cardinalis JORIO.

Ego MAXIMUS tituli S. Mariae in Porticu Presbyter Cardinalis MASSIMI.

Ego PETRUS tituli SS. Trinitatis in Monte Pincio Presbyter Cardinalis GERLIER.

Ego GREGORIUS PETRUS XV tituli S. Bartholomaei in Insula Presbyter Cardinalis AGAGIANIAN.

Ego IULIUS tituli S. Pudentianae Presbyter Cardinalis SALIÈGE.

Ego IACOBUS CAROLUS tituli S. Mariae de Populo Presbyter Cardinalis Mc GUIGAN.

Ego CLEMENS AEMILIUS tituli S. Balbinæ Presbyter Cardinalis ROQUES.

Ego NORMANNUS THOMAS tituli Ss. Quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis GILROY.

Ego FRANCISCUS tituli Ss. Ioannis et Pauli Presbyter Cardinalis SPELLMAN.

Ego THEODOSIUS CLEMENS tituli S. Petri ad vincula Presbyter Cardinalis DE GOUVEIA.

Ego EMMANUEL tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis ARTEAGA Y BE-
TANCOURT.

Ego JOSEPH tituli S. Ioannis ante Portam Latinam Presbyter Cardinalis FRINGS.

Ego BERNARDUS tituli Ss. Andreæ et Gregorii Presbyter Cardinalis GRIFFIN.

Ego CONRADUS tituli S. Agathæ Presbyter Cardinalis von PREYSING.

Ego THOMAS tituli S. Mariae in Via Presbyter Cardinalis TIEN CHEN SIN.

Ego NICOLAUS S. Nicolai in Carcere Tulliano Protodiaconus Cardinalis CANALI.

Ego IOANNES S. Georgii in Velo Aureo Diaconus Cardinalis MERCATI.

Ego JOSEPH S. Eustachii Diaconus Cardinalis BRUNO.

INDICES

- I. - INDEX ONOMASTICUS**
- II. - INDEX IMAGINUM LUCE EXPRESSARUM**

I. - INDEX ONOMASTICUS (I)

- Abadir A., 85; 35*
- 'Abd A., 326, 335
- Abercius, 165
- Abraha F., 85; 35*
- Adalbertus (S.), 225, 226
- Adam, 220, 222, 248, 350
- Addazi I. R., 77, 99, 126, 184, 334; 27*, 62*
- Addeo F. A., 332
- Ademarus de Podio, 157
- Adhémar du Puy, *vide* Ademarus de Podio
- Agagianian G. P. XV, 10, 107, 137, 144, 325, 353; 9*, 56*
- Agostini C., 332
- Aguilera H., 76, 181; 31*
- Aguirre (de) I. C., *vide* De Aguirre I. C.
- Ajiro Yamaguchi P., 335
- Alaimo B., 56
- Alastruey G., 330
- Albanesi A., 333
- Albarelli I., 196
- Albers I. H., 335
- Albertus Magnus (S.), 132, 263, 347
- Alcini H., 336 .
- Aldama (de) I., *vide* De Aldama I.
- Aldegunde Dorrego Fr., 317
- Alexander VI (papa), 166
- Alexander VII (papa), 200
- Alexander Halensis, 181
- Alexander Natalis, 158
- Allorio C., 336
- Aloisi Masetta B., 99, 137, 144, 231, 325, 352; 7*, 52*, 56*, 72*
- Alonso I. M., 86, 213; 35*
- Aloysius a S. Theresia, 79, 192; 35*
- Alphonsus de Liguori (S.), 81, 117, 138, 145, 175, 201-203, 210, 349
- Alton (d') I., *vide* D'Alton I.
- Aluffi-Pentini M., 330
- Alvarez V., 10
- Alvarez Lara R., 336
- Amadouni G., 76, 180; 35*
- Ambrosi H. I., 335
- Ambrosius (S.), 88, 139, 218-220
- Amedeus Lausannensis, 347
- Ammann I., 335
- Amore A., 56
- Amphilochius, 219
- Ancel A., 337
- Andrade A. I., 65, 100, 123, 331; 21*
- Andrade Valderrama A., 10
- Andreas Cretensis (S.), 141, 142, 150, 224
- Andreoli G., 313
- Andreotti I., 330
- Andreozzi G., 78, 187; 35*
- Angeleri C., 337
- Angelilli M., 232, 313
- Angelini F., 330
- Anglés H., 330
- Angrisani I., 336
- Anna (S.), 66, 135
- Anselmus (S.), 48
- Anthimus, 141
- Antonelli F., 16, 56
- Antoniewicz, 226
- Antonius Patavinus (S.), 28, 176, 188, 241, 300, 347
- Antoniutti H., 231, 333
- Aperribay B., 78, 187; 35*

(1) Asteriscus (*) numero additus tabulas photographicas indicat.

- Apor I., 144, 223; 70*
- Aquatías A., 80, 195; 35*
- Aquinas Th. (S.), *vide* Thomas Aquinas (S.)
- Archangelus a Roč, 23, 78, 90, 187, 227; 35*
- Aristoteles, 136
- Arragain I., 86, 211, 212, 214; 35*, 68*
- Arriba y Castro B., 334
- Arrida A. P., 67, 141
- Arteaga y Betancourt E., 144, 325, 353; 10*
- Ascalesi A., 325, 353
- Assemani P., 67, 141, 142; 35*
- Assunçao (d') R. I., *vide* D'Assunçao R. I.
- Asti (d') B. (S.), *vide* Bruno d'Asti (S.)
- Attavanti P., 196
- Augustinus (S.), 88, 220, 221, 237
- Aubron, 157
- Avack (d') I., *vide* D'Avack I.
- Ayoub Fr., 336
- Baccarini S., 332
- Bagnoli A., 336
- Bahabanian G., 334
- Balaam, 165
- Balconi L., 333
- Balčiunas V., 300
- Baldini C., 68, 81, 100, 130, 144, 196, 197, 198, 231, 317, 336; 35*
- Baldini F., 335
- Balić C., VI, 5, 9, 12, 14-16, 19, 22, 25-27, 32, 34-36, 39, 40, 42, 43, 48-50, 53, 54, 56, 57, 59, 65, 69, 78, 81, 93, 99, 101, 105, 106, 115, 124, 126, 129, 130, 137, 138, 141, 142, 145, 186, 198, 200, 216-218, 228, 232, 233, 240, 243-246, 253-259, 270, 280, 282, 284, 303, 309, 317; 5*, 51*, 54*, 55*, 57*, 71*, 80*, 83*, 90*, 99*
- Ballo-Guercio S., 334
- Barabé P. H., 236
- Baranzini H., 332
- Barbado Viejo F., 335
- Barberini H., 326
- Barbieri A. M., 333
- Barbieri R., 335
- Bärnthaler Th., 57, 304; 98*
- Baroncelli Ae., 336
- Barracano, 313
- Barré H., 23, 71; 31*
- Barros Errázuriz A., 144
- Bartolomasi A., 100, 126, 130, 332; 54*
- Basilius a S. Paulo, 71, 72, 161; 31*
- Basilius M. (S.), 219
- Basoli L., 335
- Battaglia I., 336
- Battini C., 196
- Battistelli S., 326, 335
- Bazelaire (de) de Ruppierre A. M., *vide* De Bazelaire de Ruppierre
- Bea A., 33, 51, 53, 55, 85, 209; 35*
- Beaussart R., 333
- Beccaro F., 9, 12, 336
- Bech, 331
- Beck G. A., 337
- Becker (de) G., *vide* De Becker G.
- Béjot G., 232, 337
- Békés G., 89, 224; 35*
- Bélanger M., 67, 70, 154; 31*, 59*
- Bellarminus R. (S.), 117, 349
- Bellofiore A., 86, 214; 35*
- Beltrami F., 333
- Beltramino A., 337
- Belvederi I., 72, 165; 35*
- Benedetti A., 309; 15*
- Benedetti T. V., 337
- Benedictus XIV (papa), 158, 230, 269
- Benedictus XV (papa), 202
- Benetti A. M., 80, 81, 195, 197; 24*, 64*
- Beniamin, 228
- Bennicelli A., 326
- Bentivoglio G. A., 9, 333
- Beran I., 9, 12, 304
- Beretti Fr., 334
- Bergamaschi A., 337
- Bernadette Soubirous (S.), 223

- Bernardi F., 332
 Bernardini Ph., 333
 Bernardinus de Bustis, 157, 188
 Bernardinus Senensis (S.), 103, 117, 157,
 176, 188, 348
 Bernardus (S.), 103, 129, 136, 150, 218,
 230, 258
 Bernareggi D., 336
 Bernareggi H., 335
 Berrios Gainza R. B., 100, 144, 231
 Berry I. G., 336
 Bersani I., 313
 Bertazzoni A., 332
 Bertetto D., 68, 87, 214; 31*
 Bérulle (de) P., *vide* De Bérulle P.
 Besutti I., 32, 80, 196; 31*
 Bettini H., 56
 Beverini B., 198, 200
 Biancheri A., 337
 Bianconi I., 336
 Bieler V., 24, 334
 Bignamini Ae., 334
 Bilbao Eguia S., 330
 Billuart C. R., 127
 Binaschi G., 335
 Binz L., 144, 334
 Bittremieux I., 25
 Black I., 337
 Blanchet M., 337
 Blanco Nájera Fr., 336
 Boccella I., 23*
 Boccoleri C., 9, 11, 332
 Boiardi C., 337
 Boil Fr., 194
 Bolognini D., 337
 Bolte A., 100, 231, 336
 Bonaldi C., 16*
 Bonaventura (S.), 16, 89, 117, 176, 181,
 188, 253
 Bonazzi H., 59, 309, 312, 330; 14*
 Bondatti G., 56
 Bondini M., 337
 Bongi S., 198
 Bonnefoy I. F., 15, 51, 53, 66, 127, 130,
 160, 234, 254, 257, 258, 301; 36*
- Bonomini F., 336
 Bonosus, 220
 Boon I., 82, 202; 36*
 Borbone A., 331
 Borbone Parma A., 331
 Bordoni F., 188
 Borge Castrillo C., 336
 Borgongini Duca Fr., 99, 137, 333; 49*,
 56*
 Bornet S., 335
 Borrà D., 336
 Borromaeus C. (S.), *vide* Carolus Borro-
 maeus (S.)
 Bortignon H. B., 9, 336
 Bosio, 165
 Bosio I. B., 334
 Botero S., 76, 181; 36*
 Botero Alvarez B., 336
 Botero Salazar T., 337
 Botta B., 64*
 Botta P., 334
 Bottino F., 337
 Boucher A., 71, 156; 36*
 Bouque P., 335
 Bovelli R., 332
 Bover I., 33, 51, 53, 66, 130, 136, 234,
 243, 246, 248, 249, 250, 330; 36*, 54*
 Boyer C., 33, 35, 51, 53, 55, 65, 71, 126,
 157; 36*
 Braganza Ph., 331
 Bren H., 91, 228; 36*
 Breault I., 10
 Briacca S., 333
 Brien R., 70, 156; 36*
 Brisebois G., 56
 Brizgys V., 336
 Brizi D., 336
 Brocardo P., 87, 215; 36*
 Brondo A., 194
 Browne H., 74, 176
 Browne M. (ep.), 335
 Browne M., 243, 253; 79*
 Brumat M., 91, 228; 36*
 Brundusio (a) L. (S.), *vide* Laurentius
 a Brundusio (S.)

Bruho I., 325, 326, 353
 Bruno d'Asti (S.), 103
 Bučko I., 9, 334
 Bučys P. Fr., 335
 Budelacci B., 86, 100, 214, 236, 333; 27*, 68*
 Bueno y Montréal I. M., 337
 Buffon V. M., 68, 195; 36*
 Buondonno P., 84; 27*
 Buselli F., 188
 Bussum (a) V., *vide* Vitus a Bussum
 Bustis (de) B., *vide* Bernardinus de Bustis
 Busutil E., 41, 42, 94, 236, 285, 300; 36*
 Buys L., 81; 25*, 65*
 Bydolek I., 337
 Byrne E. V., 332

Cabana I., 337
 Cadieux M., 84; 36*
 Caggiano Ae., 23, 35, 56, 78, 187; 36*
 Cagnon R., 337
 Cagnoni Ae., 335
 Cahill Th. V., 337
 Caietanus de Vio T., 127
 Caietanus Thiene (S.), 198
 Cairoli A., 56
 Calabretta A., 335
 Calabria R., 334
 Calasantius I. (S.), *vide* Ioseph Calasan-
 tius (S.)
 Calavessy G., 334
 Calcara A., 332
 Calderola O., 333
 Calderari I., 330
 Calderon de la Barca, 120
 Callori di Vignale F., 59, 326; 13*
 Camargo A. I., 92, 100, 144, 231, 262,
 274, 317, 337
 Camillus de Lellis (S.), 198
 Camozzo H., 333
 Campanale A., 66, 128, 185, 302; 36*
 Campanella, 250

Campbell D. A., 334
 Campelli R., 336
 Campilli P., 332
 Campos L. 76, 181
 Canaletti A., 311
 Canali N., 109, 325-327, 353; 10*
 Canestri A., 324
 Canino N., 335
 Canisius P. (S.) *vide* Petrus Canisius (S.)
 Canus M., 320
 Capasso N., 335
 Capettini A., 334
 Capizzi P., 333
 Capobianco I., 335
 Capoferri S., 330
 Capone D., 81, 201; 36*
 Capuzzo I., 35, 86; 27*
 Caracciolo Fr., 198
 Caracciolo R., 188
 Carassi, 83*
 Cardinale H., 334
 Carinci Alb., 336
 Carinci Alph. 326, 334
 Cornelutti F., 51, 53, 75, 179; 37*
 Carolus V (imperator), 120, 273
 Carolus Borromaeus (S.), 175, 198
 Carolus Magnus (imperator), 343
 Caro Rodríguez I., 51, 53, 75, 307
 Carrara B., 337
 Carrara I., 313
 Carretto C., 58, 292; 17*
 Carthagena (a) I., 176
 Carullo Chr., 333
 Casalegno C., 87, 216; 37*
 Casaroli D., 332
 Casimirus (S.), 226
 Cassioli, 210
 Cassulo S., 9, 337
 Castaldo A., 332
 Castano A., 87, 215; 37*
 Castelplanio (a) L., *vide* Ludovicus a
 Castelplanio
 Castillo Hernández L. G., 332
 Castro Becerra I. A., 337
 Catarella A., 9, 336

- Catharina Labouré (S.), 135, 223
 Catharina Senensis (S.), 117
 Catharinus A. Politi, 160
 Cattan B., 100, 333
 Cattaneo A., 35
 Cavalla V., 334
 Cavati I., 335
 Cayer I. I., 337
 Ceccarelli F., 81; 31*, 65*
 Ceccarelli I., 72, 170; 37*, 65*
 Ceccarius, *vide* Ceccarelli I.
 Cecchelli C., 72, 166, 169, 235; 37*
 Cecconi V., 144
 Cenci F., 24
 Cento F., 333
 Cesarano A., 333
 Cesbron A. L., 336
 Ceuppens Fr., 184
 Chabalier I. B., 335
 Chami P., 334
 Chamié B., 85; 37*
 Chappe I., 337
 Charest R., 82; 31*
 Charrière Fr., 327, 336
 Charue A. M., 337
 Chassaigne A., 336
 Cheikho I., 334
 Cheikho P., 100, 126, 130, 337
 Chi P., 337
 Chiappe I. B., 334
 Chica I., 5
 Chiettini E., 23, 49, 74, 177; 37*
 Chiocca S., 337
 Chmiel I., 90; 31*
 Chorin L. A., 337
 Chrysostomus de Pamplona, 66, 132; 37*
 Cialeo Fr. B., 231, 336
 Ciappi A., 66, 127; 37*
 Cicognani H., 144, 333
 Cid Proença de Andrade G., 100
 Cimabue, 187
 Cingolani M., 81, 198, 200, 313, 332;
 37*, 65*
 Cioccetti U., 313
 Cipriani Ph., 9, 335
 Ciuchini A., 336
 Cleire R., 336
 Clemens XIII (papa), 102, 139, 196, 306
 Clemens a Milwaukee, 23*
 Cobben G., 335
 Cocchetti, 330
 Colli E., 332
 Collier P., 334
 Colombo, 332
 Colón Ch., 116, 274
 Colonna A. I., 325
 Columbus Ch., *vide* Colón Ch.
 Confalonieri C., 333
 Connell Fr. I., 74, 175
 Constantini G., 32
 Constantinus Magnus (imperator), 166
 Cools V. A., 301
 Cooray Th. B., 334
 Cornelius a Lapide, 236
 Corsanego C., 313
 Corsini C., 56
 Cosma de Maiumá (S.), 141
 Costantini C., 57, 170, 332
 Costantini I., 332
 Costa Rego R., 337
 Cotton Fr., 335
 Cowderoy C., 337
 Cozien G., 232
 Cremades I. A., 330
 Crescenzi L., 336
 Crespo-Pozo I., 80, 194; 37*
 Cribellati F., 334
 Crnica A., 87, 217; 37*
 Croce I., 100
 Crosta C., 139
 Crovini M., 59; 14*
 Cuccarollo C. S., 333
 Cuervo E., 77, 184; 37*, 62*
 Cuppen I., 83; 37*
 Cushing R. I., 74, 175; 37*
 Cuvelier I., 335
 Cyprianus a S. Maria, 188
 Cyrillus (S.), [Slavorum ap.], 228
 Cyrillus Alex. (S.), 89, 219, 222, 317

- Da Cunha-Cintra E. P., 337
 Da Fonseca A., 73, 172; 37*
 Dainville (de) I., *vide* De Dainville I.
 Dalla Costa E., 325, 353
 Dalla Torre, 311
 Dalla Zuanna V. F., 9, 336
 Dal Monte I. I., 337
 Dal Prà I. B., 335
 D'Alton I., 334
 Dám I., VI, 57, 68, 89, 90, 223, 224; 32*, 70*
 Damascenus I. (S.), *vide* Ioannes Damascenus (S.)
 D'Amato M., 81, 198; 25*, 65*
 Dante Alighieri, 104-106, 136
 Dante H., 59, 66, 312, 326, 330; 14*
 Da Silva Campos Neves I., 335
 D'Aspremont Lynden, 100, 125
 D'Assunçao R. I., 332
 D'Avack I., 334
 Davis H. Fr., 66, 132, 246, 248, 249; 38*
 Dayet I., 84; 38*
 De Aguirre I. C., 334
 De Aldama I., 33, 71, 160; 38*
 De Angelis A., 75, 179; 38*
 De Angelis I. B., 299, 301
 De Bazelaire de Ruppierre A. M., 334
 De Becker G., 86, 213; 38*
 Debernardi I., 335
 De Bérulle P., 158
 De Camillis L., 72, 171; 38*
 De Castello Branco Clark F., 100
 De Cicco C., 333
 De Courrèges d'Ustou L., 335
 De Dainville I., 77, 185; 38*
 De Ferrari C., 332
 De Gasperi A., 330
 De Giuli R., 335
 De Gouveia Th. C., 92, 144, 231, 261, 264, 280, 325, 353; 10*, 72*, 76*
 De Iragui S., *vide* Serapion de Iragui
 De Jesus e Souza A., 334
 De Keyser C., 85, 210; 38*
 De Koninck C., 74, 176; 38*
- Delahaye C., 88, 218; 38*
 De Laurentiis E., 334
 Delay I., 333
 Del Bene S., 334
 De Legíssima I., 242
 Delgado I. M., 79, 86, 193, 213; 38*
 Delle Nocche R., 9, 333
 De Llobet G., 333
 Dell'Omo I., 9, 336
 Del Moral C., 176, 188, 245
 Del Pino Gomez A., 338
 Del Signore V., 335
 De Medeiros Delgado I., 336
 De Meulemeester M., 82, 202; 38*
 Demont Fr. W., 335
 De Montfeuille G., 93, 283
 De Moos R. G., 303, 305
 Denis M., 220
 De Proença Sigaud G., 337
 De Provenchères C. I., 334
 De Sanctis A. M., 62, 81, 93, 144, 198, 292, 334; 38*
 De Sant'Anna I. I., 334
 De Sécur A. G., 224
 Desideri M., 93, 236, 284; 38*
 De Sousa Lima I., 337
 Desranleau Ph., 143, 335
 Devane E., 89, 222; 38*
 Devlin L., 144; 69*
 De Wulf M., 48
 De Zanche V., 336
 Diamond I., 66, 129; 38*
 Dias I., 334
 Di Donna I., 336
 Di Fonzo L., 16, 51, 53, 66, 67, 72, 134, 164; 32*
 Di Girolamo N. M., 334
 Di Jorio A., 325
 Di Leo I., 334
 Dillenschneider C., 33, 71, 81, 158, 201; 39*
 Diocletianus (imperator), 277
 Di Sales C., 66, 135; 39*
 Di Stolfi L., 35, 56, 67, 74, 176; 39*
 Domenech y Valls R., 332

- Domedò Fr., 330
 Dominicus (S.), 120, 184
 Domitrovitsch I., 337
 Donato L., 232
 Don Bosco I. (S.), *vide* Ioannes Don Bosco (S.)
 Donnelly L., 79, 193; 39*
 Doolan Ae., 89, 223; 39*
 Döpfner I., 337
 D'Ormesson V., 65, 100, 118; 20*
 Dos Santos A. I., 334
 Douglas E., 337
 Dourche I., 196
 Douville A., 143, 336
 Druwé E., 33, 157
 D'Souza A. A., 337
 Duarte Gonçalves de Azevedo C., 15, 23
 Du Bois de la Villerabel F., 100, 333
